Oryktographia Hildesheimensis : sive, admirandorum fossilium, quae in tractu Hildesheimensi reperiuntur, descriptio iconibus illustrata, cui addita sunt alia de calculis de fontibus, &c.; / a Friderico Lachmund.

Contributors

Lachmund, Friedrich, 1635-1676.

Publication/Creation

Hildesheimii : Sumptibus autoris, typis viduae J. Mülleri, 1669.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rs34c8db

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

ΟΡΥΚΤΟΓΡΑΦΙΑ HILDESHEIMENSIS,

SIVE

ADMIRANDORUM FOSSILIUM,

QVÆ

In tractu Hildesheimensi reperiuntur,

Descriptio

Iconibus Illustrata,

Cui addita sunt alia de calculis, de fontibus, &c.

à

D. FRIDERICO LACHMUND

Hildesh. Patriæ h. t. Practico.

HILDESHEIMII,

Sumptibus AUTORIS,

Typis viduæ JACOBI MüLLERI.

Anno M. DC. LXIX.

PH.

REVERENDISSIMO ATq; ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. MAXIMILIANO HENRICO,

ARCHI-EPISCOPO COLONIENSI, SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO ET ELECTORI, EPISCOPO HILDESHEIMENSI ET LEODIENSI, ADMINISTRATORI BERCHTESGADENSI ET STABLENSI, UTRIUSQVE BAVARIÆ, NEC NON SUPERIORIS PALATINATûS, VVESTPHALIÆ, ANGARIÆ ET BULLIONII DUCI, COMITI PALATINO RHENI, LANDGRAVIO LEUCTENBERGENSI, NEC NON MARCHIONI FRANCHIOMONTANO &c.

Domino meo clementißimo.

REVERENDISSIME AC ILLUSTRISSIME PRINCEPS ELECTOR,

DOMINE CLEMENTISSIME,

MOnumenta historiarū cùm Sacrarum, tum profanarum si perlustramus, invenimus paucos è Magnatibus, Regibus, & terrarum Dominis doctos doctorumq; fautores, multò pauciores verò *Physicæ* seu *naturalis scientiæ* studiosos fuisse, qvod tamen dignitati ejus nihil derogat. Tanta enim dignitas illius est, ut nulla scientia, nulla sapienta, Theologiam si demas, divinior sit *scientiâ* ac *naturali*. Per hanc gentiles eò usq; vere pietatis, ut DEORUM plena esse omnia cerent. Sapiens *Seneca*, qvoties per occulta aturæ ibat, divina se tractare solebat gloari.

Ad sacrum Codicem qvod attinet, è Ve-

teri Teſtamento, ùt vocant, conſtat, primu
hominem, mundi totius Dominum, in bea
illa innocentiæ conditione in hac inprimis i
genium ſuum exercuiſſe. DEUS enim O
ptimus Maximus, adductis omnibus terræ
nimantibus, nomina ab Adamo poſtulaba
ut periculum faceret naturalis ſcientiæ, qva
digitis Omnipotentiæ ſuæ Ei inſcripſera
Præterea illud nos certiores facit de Salom
ne, Rege omnium, qvi ſunt, qvi fuerunt, q
futuri ſunt, ſapientiſſimo, qvòd ille locut
fuerit de arboribus, de cedris Libani uſq; a
hyſſopum, qvi è muro creſcit. Locutus e
jam fuit de pecoribus, de avibus, de vermibus
de piſcibus; ſine dubio etiam de metallis, d
gemmis & auro ex Ophir. Profanas hiſtoria
ſi volvimus, perſpicimus eas teſtari de Alex
andro Magno, totius ferè orbis domitore, d
Mithridate Ponti Rege, de Diocletiano Ro
manorum Imperatore, & de Franciſco I
Galliarum Rege, illos *naturalis hiſtoriæ &*
Phyſi

Physices cognitione magnopere fuisse delectatos.

C. Octavianum Augustum Imperatorum laudatissimum etiam constat hanc maximi fecisse, ùt testis est *Suetonius* C. LXXII. Sed qvid opus est externas historias hîc ruminari & animo repetere? Qvàm studiosa *naturalis Philosophiæ* & *Chymiæ* sit TUA REVERENDISSIMA ET ILLUSTRISSIMA CELSITUDO, & qvàm clementissimo affectu proseqvatur *Physicæ* & *rerum naturalium* curiosos, non tantùm testis locuples est fama publica, sed etiam aliqvot præcipui Ministri & Grammatophylacii Antistites, per qvos *illa* me clementissimè monere & jubere, & currenti, qvod ajunt, calcar addere voluit, ut strenue pergerem in studio hoc rariora illa in Episcope hac TUA perqvirendi & investigandi. Qvæ causa etiam me incitavit, ut non dubitem has meas observationes Reverendissimo & Illu-

ſtriſſimo NOMINI TUO humillimè dedicare & conſecrare. Si enim in Veteri Teſtamento primitiæ frugum cum omni primigenito, offerendæ erant DEO & Sacerdotibus, qvidni primitias laborum & ſtudiorum meorum, & in his præcipuè ſubjectis Oris repertorum & obſervatorum, TIBI, Summo Magiſtratui noſtro, qvi DEI vices geris, & Epiſcopo noſtro, & Patriæ noſtræ Patri laudatiſſimo offerrem? Mirandum ſanè eſt, TE in tanto faſtigio, totq; Provinciarum ſubjectarum curâ implicatum ad hæc ſtudia animum demittere. Nempe hoc commune habes, REVERENDISSIME ET ILLUSTRISSIME PRINCEPS ELECTOR, cum Potentiſſimis Regibus hodiernis Magnæ Britanniæ & Daniæ, CAROLO II. & FRIDERICO III. & cum aliis Magnis Principibus, qvòd omni bonæ doctrinæ & doctis faveas, eoſq; foveas & tuearis. Magnatum Patrocinio hactenus floruit & ad-

huc

huc floret *Germanicæ* nostræ *Linguæ societas frugifera*, cujus vel ipsi etiam Magni Duces pars magna fuerunt. Floret jam in *Britannia Experimentale Regium Collegium*, per Regiæ Munificentiæ Liberalitatem in sapientiæ, & præcipuè *naturalis scientiæ* Antistites. Floret in Germania nostra, illustrissimorum Principum Patrocinio, *Collegium naturæ curiosorum*, ad indagandam, per experimentorum certam viam secretioris naturæ recessus. Qvæ qvum ita sint, à REVERENDISSIMA ET ILLUSTRISSIMA CELSITUDINE TUA humillimè peto, ut, sicut Artaxerxes Longimanus rustica dona non sprevit, hunc Tractatum, qvantuluscunq; is est, clementissimè & serenâ fronte accipere, illumq; & me humillimum clientem & subditum contra omnia cavillationes defendere & propugnare ne dedignetur. Faxit DEUS Optimus Maximus, ut REVERENDISSIMA ET ILLUSTRISSIMA TUA CELSITUDO,

publi-

publico Imperii bono, perdiu vivat & floreat, ut sub tutela augustissimarum Ejus alarum porrò pretiosâ pace & otio, qvod neq; gemmis, neq; purpurâ, neq; auro venale est, ùt canit *Horatius*, salvâ optatissimâ Patriâ, perfrui possimus. Dabam in Musæomeo, die S. MATTHIÆ festo, qvi etiam est dies CINERUM & XXIV Febr. Anno M. DC. LXIX.

Reverendißime Illustrißime

PRINCEPS ELECTOR, DOMINE CLEMENTISSIME,

T. CELSITUDINIS

Humillimus Cliens & Subditus

Fridericus Lachmund D.

Natu-

AD CURIOSUM LECTOREM.

NAturam videmus ſemper operationes ſuas exercere, & nunqvam eſſe otioſam in Regno Minerali, ita, ut ferè qvotidie nova miracula, illis, qvæ in Regno vegetabili & Animali producuntur, ſimilia exhibeat, & licèt vitam dare neqveat, tamen idealiter, ſecundùm artem pictoriam, vel ſculptoriam, tum in metallis, tum in aliis foſſilibus repræſentet. A Rege Naturæ Redemptore noſtro JESU CHRISTO, & Chriſtianis, qvi ab ipſo nomen habent hæreditarium, auſpicabor. Chriſti effigies tum in metallis, tum lapidibus, eleganter à natura ſculpta & picta, ex intimis terræ penetralibus eruitur.

Narrat Joh. Prætorius in der Neuen Welt-Beſchreibung pag. 224. Imperatorem Romanum Anno 1665 pretio aliqvot mille uncialium emiſſe cimelia, & cum his margaritam tam concinnè â natura elaboratam, ut puerulum Jeſum repræſentet. Idem pag 227 refert, qvòd Legatio Perſica ante paucos annos noſtro Romanorum MONARCHÆ inter alia Regia munera dono dederit Achaten aureæ cruci infixum cum effigie Mariæ & puerulo Jeſu. Variæ autem & elegantiſſimæ B. Virginis figuræ, â natura lapidibus impreſſa, filium brachiis tenentis ſunt apud *Kircher.* mund. ſubterr. Tom. 2 pag. 31. 36. 44 & 49. ex qvibus qvæ in Templo S. Petri Romæ conſpicitur ad dextram, unius, ad ſinistram verò trium Angelorum veſtigia ſpectantur.

Christus verò crucifixus cum spinea corona â natura ex puro argento elaboratus repertus in Hercynia Sylva, in monte Andreæ, in fodina Samson vocata *Zeiler*, Topograph Brunſ. & Lunæb. pag. 44. Tempore Joh. Frider Elect. Saxon. Lapis eſt effoſſus, repræſentans Chriſtum crucifixum, Johannem & Mariam adſtantes. *Coler*. de piſcib. Ticini, qvod vulgò Pavia dicitur, in Monaſterio Carthuſianorum, & Venetiis in Templo S. Georgii Marmor Chriſtum crucifixum exhibet. *Ambroſius* apud *Kircher*. lib. 8 mund. ſubterr. Pontificem Romanum barbatũ cum triplici corona. *Agricola* lib. x foſſ. S. Joh. Baptiſtam, Hieronymum, Sacerdotem, Heroinam, Hominem palliatum, pileatum, Ruſticum pileatum *Kircher*. l. c. Lutherum *Sachſ*. Gammarol. pag. 153. Pyrrhi Regis Achaten novem Muſas cum Apolline citharam tenentem multi ex *Plinio* notârunt. Viri autem parvam ſtatuam infantem humeris ſuis ſuſtinentem ex argento â natura factam, & Snebergi olim effoſſam *Agricol*. l. x foſſ. Item ex argento homo cunicularius habitu metallico portans alveum metallo plenum longitudine digiti fuit inventus in Hercynia Sylva, in monte S. Andreæ, in fodina Gratia Dei nominata *Zeiler*. l. c. Animalia etiam Qvadrupedia, volatilia & Aqvatilia tam integra, qvàm eorum partes, natura producit, & ut plurimùm horum naturæ luſus reperitur in lapide fiſſili ærario Islebiano, qvemadmodum talis cum nativa piſcis imagine, qvem ex liberali donatione Magnif. Excellentiſſ. & Curioſiſſimi Dn. D. JOH. DAN. MAJORIS jam Profeſſoris & Pro Rectoris

ctoris in nòva & Illustri Academia Kilonienſium celeberrimi teneo, Muſæum meum ornat, nec non omnis generis Teſtacea. Præter animalia etiam Sol, Luna, Stellæ, qvatuor Elementa, figuræ Mathematicæ, Geometricæ, Alphabeti Literæ, Civitates, Sylvæ, Arbores, item lignum, Vitrum foſſile, &, qvod magis eſt mirandum, Caro foſſilis. De his omnibus eleganter *Kircher.* lib. 8 mund. ſubterr. In Moravia etiam Thus Myrrha olim effoſſa, & ex hac hominis ſtatua â natura formata, qvæ tamen nil niſi Myrrha fuit. *Mercat.* Atlant. min in deſcript. Morav. Sed hæc ſunt extra noſtras oras.

In priori Seculo multa & rara foſſilia à *Valerio Cordo* etiam in Tractu Hildesheim. reperta & ab *Agricola* lib. de nat. foſſil. aliis mixta ſunt & notata. Operæ pretium itaq; eſſe duxi, hæc omnia in unum Tractatum colligere. Hunc in *qvatuor ſectiones* diſtinxi, qvarum *Prima* continet Terras, *Secunda* ſuccos concretos, *Tertia* lapides, *Qvarta* fontes; Metalla enim non reperi. Ut autem de his foſſilibus certior fierem, ipſemet diligenter montes, valles, lapidicinas & Sabuletum inter urbem & arcem Steurvvald, per longitudinem & latitudinem aliqvoties permeavi & perqviſivi, & non ſolùm, exceptis paucis, illa â ſuprà citato *Agricola* notata, ſed & alia rariora inveni, ùt lapidem, qvem pag. 57 ad *Encrinum* retuli, hactenus, qvod ſciam, à nemine deſcriptum aut depictum. Figuram qvidem haud abſimilem ex *Bauhin.* hiſtor. Baln. Bollenſ. cum doctiſſima de horum foſſiliũ geneſi epiſtola Oryktographiæ meæ

præfixa, ad me misit Scrutator mineralium & aliorum ad Medicinam pertinentium indefessus, & amicus colendus, suprà nominatus Dn. D. Major, sed materia est diversa; hujus enim est lapidis Pyritæ ærosi, illius verò Trochitæ vel Judaici. Ut autem meliùs possent cognosci, icones addidi. Qvæ qvantum lucis allaturæ sint Lectori, qvivis prudens, vel me tacente, facilè poterit existimare. Vera qvippe sunt, qvæ Romanæ fidicen Lyræ *Horatius* habet in Arte Poëtica:

Segniùs irritant animos demissa per aurem,
Qvàm qvæ sunt oculis subjecta fidelibus, & qvæ
Ipse sibi tradit spectator.

Ideoq; hac in re sumptibus non peperci, qvum nullum mihi sit dubium, qvin Curiosus Lector ex illis sit aliqvam capturus voluptatem. His, Lector benevole, velim ut sis contentus, & si plura â me reperiantur, in posterum etiam â me plura expectes. Vale, & de meo labore dextrè & sine felle judica. Dabam Hildesheimii a, d. XXIV. Febr. Anno M. DC. LXIX.

Nobili,

Nobili, Excellentissimo, Experientissimoqve

DN. D. FRIDERICO LACHMUND,

Medico practico, & summo Decori Inclytæ Urbis suæ Hildesheimensis,

AMICO VETERI,

Sincerâ fide perpetim colendo,

S. P. D.

QVò plùs huc usq; veritus sum, ne diuturnum adeò, de qvo meritò qvereris, silentium meum, sed profectò ex impedimentis eloqvio pluribus exortum, Insolentiæ ac incivilitatis, nescio cujus, me tandem suspectum redderet; hoc magis gaudeo, Te ita constanter me amare, ut qvasi nunqvam offensus, missis identidem huc dulcissimis literis Tuis, ante bihorium acceptis, h. e. exemplo, doceas, nullatenus verum fuisse, qvi aliqvando potest desinere, Amorem. Ut itaq, ante novennium circiter, non inter pocula forsan sapidissimi vini Vicentini, aut Patavini Panis dulcedinem, sed inter meras Natu-

ræ, curiositatem nostram valdopere irritantis, illecebras, & literata colloqvia, consuetudo nostra semel coaluit; ita qvidvis ab illo tempore egisti ac passus es, qvò minùs vel privatim Tu â studio hoc, proprio certè ac perjucundo, per illapsas qvantum vis variarum rerum vicissitudines, diripereris, vel eminùs etiam Ego tantundem abstraherer è Tuo Animo, qvantum corpora nostra disjunxit arbitrium Fati & distantia Locorum. Enimverò certo certior sis, me ita virtutes Tuas ac Amicitiam semper æstimâsse, ut qvidvis perdere malim ex scriniolis meis, qvàm LACHMUNDUM TE ex Corde meo, qvantumcunq; etiam ad silendum, inevitabilis ærumnarum Rigor me ad hunc usq; diem compulerit. Qvo tandem labores qvosvis vicit delicatissima Tui memoria; ac, ne porro facilè qvid obstet, positis ad latus moris qvibuslibet tali pacto, sed breviter, me ad literas Tuas novissimas, respondere fecit: Gaudeo, Te rursus Patriam elegisse, constantiorem futuram inposterum conditionis Tuæ sedem, & spectatricem Virtutum T. perexcellentium. DEO primum, Parentibus alterum, proximum cultum his, Patriæ utiq; debemus; si cætera scil. sint paria. Hinc seriò Tibi gratulor, qvòd non intacta ampliùs jacere, sed transire demùm in Lucem publicam, ex subterraneis suis Umbris, memoratu certè dignissima, Mineralis Naturæ, in Territorio Vestro, Munera efficis; Pliniumq; æmulatus, Mundum in Visceribus suis visitas; qvæ qvòd ab aliis qvoq; inqviri debebant æqvali industriâ, nec producta ab iisdem in apricum sunt, pudeat pro-

at propemodùm ipſos, qvòd peregrina fortè magis, qvàm domeſtica ſectantes, Tibi ſoli ac primo omnem, hác ex parte, Gloriæ palmam reliqverunt. Sine dubio multa, ob affinitatem argumenti ac loci, incidenter tractabis de ſpecu Baumannicâ, qvâ non eſt memorabilior in univerſo orbe. Sicq; affatim compenſabis, qvod â me fieri huc uſq; neqviit, etiamſi cogitâram, de eadem qvoq; promere aliqvid. Meritò enim Tibi primas defero, ejus anteà toties Autoptæ. Ac in eo, qvod qværis, facillimè conjecturæ Tuæ perſpicaciſſimæ aſſentior, dum inter lapides illos ſelectiores, in ligno adumbratos, qvos Erudito tuo de Foſſilibus Hildesheimenſibus Tractatui inſeres, ſeorſim mihi miſſum, conſtantemq; ex multiplici ac longâ, ordinatâq; ſerie, teſſellatim ſibi ſuperincumbentium, atq; cuſpidibus ſuis ſemet excipientium, lapillorum pentagonorum aut ſexangularium, ad Encrini ſpeciem aliqvam, Boëthio aut Laëtio dictam, refers: ulteriùſq; pro recepto Tuo in Me Amore, qværis, de re tali qvid ſentiam? Ad qvod ingenuè ut reſpondeam, fateor, nunqvam anteà vel ex Lectione Autorum, vel propriâ obſervatione, de Foſſilis hujus genere qvicqvam mihi conſtitiſſe. Evolvi qvàm diligenter diligentiſſimum Mineralis Hiſtoriæ Compilatorem Ulyſſem Aldrovandum, (vel continuatorem potiùs Ejus, Ambroſinum,) in Muſeo Metallico figuris rerum Foſſilium longè plurimis referto; nihilq; inveni, qvod huc dextrè reduci valeat. Inqviſivi, qvantum per Temporis rationem licuit, in aliis; ſed æqvè fruſtra: donec apud Joh. Bauhinum

hinum lib. 4 histor. Balnei Bollensis, cap. 1 pag. 44 figuram, tuæ utcunq; analogam reperi, cum subscriptione: *Pyrites Ærosus botrites cristatus.* Ampliùs, verbum additum non est. Cristatum tamen vocari puto, ratione angulosotum corporum, contrapositorum sibi, serieq; cristatâ sibi arctissimè incumbentium. Commodumq; duxi, figuram ipsam ex Autore delineare, qvantum rudi eqvidem calamo, ac festinanter potui, qvam hîc habes.

Sententiæ Tuæ suffragium aut refragium, avidè desidero. Intereà qvod speciem ac genesin lapillorum ejusmodi attinet, ex pluribus minoribus sibiq; invicem conformibus, qvasi coagmentatorum; salvâ Tuâ de iisdem censurâ, existimem, vix tutò referri posse ad petrefacta, cùm valdè obscurum sit, an ulla Animalium aut stirpium pars talem unqvam figuram, partiumvè connexionem habuerit! Qvin simulacra illa Alveolorum mutuâ cuspidum insertione semet excipientium, conspicuorumq; in lapide, de qvo qværis, sicut alias

etiam

etiam lapidum figuras, puto, ſimpliciter peti debere, ex certo, primigenio, & qvaſi ſpecifico regi mineralium, concretionis in Mineralibus Autorum, qvatenus juxta conniventiam, aut virtutem radiativam eorum, modificentur figuræ Foſſilium, dum materia ipſorum tenerrima adhuc eſt, & ſabuli ſemiliqvidi, æqvabilis, ſalium præſentiâ irrigui, & ad recipiendam qvalemcunq; faciem externam indifferentis, conditionem habet. Hoc modo intra gremium Terræ articulantur, ut ſic dixerim, Cornua Ammonis, Trochitæ & Entrochi: hoc modo Cryſtalli é matricibus ſuis erumpunt conicè: hoc modo Fluores metallici, varii generis, in Miſniæ fodinis, ac alteribi, in corpora plura pyramidalia facilè friantur; & Lyncurii, vel Belemnitæ ab axe per medium excurrente, circumqvaq; de ſe propagant æqvi-expanſos in ambitum radios; ut ex chymicæ Artis regno de Regulo Martis ſtellato nil adducam. Hæc omnia, niſi inſigniter erro, valdopere conſiſtunt in antè-dicto certorum ſalium regimine. De qvorum primigeniis figuris, & corporum inde reſultantium, nominatim figurá hexagonali, cubicâ pentagonali, octaëdricâ, rhombicâ, in ſale cornu Cervi, in Nive ſexangulari, in Cryſtallo, Smaragdo, Adamante, Vitriolo, caulibus, floribus, & foliis ſtirpium, alveolis Apum, Nitro, Sale gemmæ, & Vulgari, pereruditè, proliXèq; agit Wilhelmus Daviſſonus part. 4 philoſ. pyrotechn. cap. 30 pag. 184 ſeqv: paulò breviùs autem Kircherus, de Radiatione lapidum, ut in polygonas degenerent figuras; lib. 8. Mund. ſubterr. ſect. 1 c. 8 pag. 25. b.

 & omni-

& omnium breviſſimè Kergerus, lib. d. Fermentat. ſect.1. cap.5.pag.33. de ſalibus, figuram ſuam exactè obſervantibus; ut alios non tangam. Abrumpendum enim jam mihi Epiſtolæ filum eſt, & animus aliis curis dandus, in tantâ penuriâ temporis, qvod accedendo tranſit, & â qvovis mihi eripitur, qvicunq; vult. Qva-propter feſtinationi dabis, ſi qvid palato tuo aut expectatione minùs dignum invenies, de candore meo cæteroqvin, & Amore officioſisſimo perpetim ſecurus. Qvod ſupereſt, DEUM precor, ut vivas acfloreas, Præclariſſime Vir, utq; perennes feliciter in magnum Tuorum decus, ſplendorem Patriæ, rei literariæ augmentum! Scribebam Kiloni, die XII Novembris Anno Chriſti 1668.

Ampliſſ. Nominis T.

Cultor ſincerus, & Amicus officioſiſſimus, dum vivo,

JOH. DANIEL MAJOR, D. Anatom. & Botan. P.P. Reverendiſſimi & Sereniſſimi Epiſcopi Lubec. Medicus, & h. t. Academiæ Kiloniensis Pro-Rector.

Nobi-

Nobilis, Clarissime & Experientissime

DN. DOCTOR,

Dne, Cognate, Fautor & Amice observande,

OMnes hòmines, qvi sese student præstare cæteris animantibus, summâ ope niti decet, ne vitam silentio transeant, veluti pecora, qvæ natura prona & ventri obedien-
ia finxit. Qvibus verbis bellum suum Catilinarium
ncipit *C. Sallustius*
Crispus Romana primus in historia.

Rectè igitur facis, Experientissime & Clarissime
Dne DOCTOR, qvòd vitam silentio non transeas, sed
alento tuo, qvod divino munere Tibi est concessum,
& qvod Servator neminem abscondere vult, fœnere-
is. Dolendum qvippe fuisset, si rariora illa, qvibus
Musæum tuum ornatur, in illo tantùm latére debuis-
ent, qvæ aliqvoties cum summa voluptate perlustra-
vi, & qvæ cùm è peregrinis, iisq; celeberrimis locis, Pa-
avio, Venetiis & Principe Urbium Româ, seu Urbe
Ausonia, domiti qvæ caput orbis erat,
edux Tecum attulisti, tum à Patre Tuo accepisti,
Qvi pridem Hildesiæ atq; aliis celeberrimus oris
Claret Chirurgus famâ super æthera notus,

tum quæ Ipſe in Patriæ noſtræ Hildesheimii tractu perqviſiviſti & inveſtigâſti naturæ ſcrutator curioſus.

Hujuſmodi ſunt ſceleta varia qvadrupedum, volatilium; Item hominis adulti & infantis XIV dies nati. Præterea hirundo & emberiza, ambæ niveæ, & alia ad Anatomen ſpectantia perrara. Metalla inſuper, mineralia, lapides & gemmæ. Item artificioſa: ex gemmis, nempe achate, jaſpide, ſardâ & lapide lazuli, avis, opere Muſaico, ùt vocant, eleganter diſpoſita; Cymba Grönlandica ex corio phocæ, cum remo, & veſtis ex avium maritimarum, vel potiùs marinarum, exuviis. Inprimis autem antiqvitates & numiſmata non tam multitudine, qvàm vetuſtate rarâ ſunt notanda & prædicanda. Inter cætera ſpectatu digniſſimus eſt ex ære numus Menenii Agrippæ, Conſulis Romani, cujus tempore floruit Hippocrates, qvi inter Medicos Græcos familiam ducit, & Philoſophus Democritus, qvi ſemper riſiſſe legitur, hominum nempe ſtultitiam, ante natalem Servatoris noſtri ferè ccccxxiix. Vid. Agell. N. A. Lib. XVII. C. XXI. Ex argento notatu apprime dignus eſt Siclus Abrahami cuſus, non fusus, cum Hebraicis literis *Aleph & Schin*, qvæ notant *Abrahamum & Saram*, item vocibus *Zaken & Uskena* i. e. Senex & Vetula. In altero latere *Jod & Reſch*, qvæ denotant *Iſaacum & Rebeccam*, cum his voculis, *Bachur* i. e. juvenis, & *Ubſula* vel ùt aliive BETHULA. i. e. Virgo. De hoc Siclo *Abrahami* etiam eleganter Johannes Matthesius in Sarepta ſua. Ex qvibus liqvet, Abrahamum hunc numum cudi curâſſe, in ſui, Uxoris, filii & nurûs memoriam, ùt putant Judæi,

Ex

Ex auro ſpectabilis eſt numus Zenonis, Imperatoris in Oriente, ſub qvo res literaria & ſtudia maximum ceperunt detrimentum, profectum ex incendio, qvo Conſtantinopoli *centum & viginti millia librorum* conflagrârunt. Qvo vix flebilibus forſan incendium fuit, poſt Regis Ægyptiorum PTOLEMAEI PHILADELPHI illam celeberrimam & toto orbe notam *Bibliothecam Alexandrinam, in qva ſeptingenta millia voluminum fuiſſe narrantur*, tempore C. Julii Cæſaris miſerrimè combuſtam. Alia rariora, qvibus Muſeum tuum eſt ornatum, jam non tangam. Crede mihi, Tractatûs hujus editio non tantùm Reverendisſimi & Serenisſimi Epiſcopi noſtri, Electoris Coloniensis &c, qvi, uti etiam Rex Daniæ & Norvegiæ Fridericus III, & Dux Holſatiæ, p. m. quorum Naturæ Technicothecæ, ùt vocantur, laudibus in cœlum extolluntur à Cl. Th. Bartholino & D. Sachs à Lovvenheim in Gammarologia C. III p. 49. huic ſtudio naturæ rariora in veſtigandi & perqvirendi clementiſſimè & magnopere favet, clementiam porro & gratiam, verùm etiam permultorum naturæ curioſum benevolentiam Tibi conciliabunt, eorumq; amicitiam Tibi parient. Zoilos, ſeu momos, vel Midæ aſſeclas, qvi ipſi nihil boni edere poſſunt, & aliis tamen invident, ùt canum latratum, non curabis: *Invidia enim comes eſt virtutis.* Pudeat illos, qvi optima ſua nonnunqvam inventa edere nolunt, & ea orbi literato & ſeris nepotibus invident. Laudabiliter hac in re ſeqveris veſtiga *Agricolæ*, & magni nominis Jeſuitæ, *Athanaſii Kircheri*, qvi non tantùm

 aliis

aliis ſuis egregiis ſcriptis, qvalia ſunt, Ars Magna lucis & Umbræ, Obeliſcus Pamphilius, Oedipus Ægyptiacus, Itinerarium Extaticum cœleſte & terreſtre, Arca Noæ, Turris Babel, ſed etiam cariſſimo & doctiſſimo opere de *Mundo ſubterraneo* edito, ùt etiam notat ipſius PRÆNOMEN, conſuluit nominis ſui IMMORTALITATI. Qvòd ſi enim homo peregrinus *Agricola* patriam noſtram hiſtoriam de foſſilibus intactam ſibi relinqvendam non putavit, nefas eſſet, à filiis & incolis, qvi harum rerum αὐτόπται & oculati teſtes eſſe poſſunt, iſtas negligi & non curari. Sed nolo plura addere. Fac valeas, & in ſtudio hoc rariora perqvirendi pergas, qvod TE efficiet poſtgenitis clarum. Dabam è Muséo Hildesheimii A. O. L. MDCLXIX. die feſto Cathedræ Petri, qvi eſt XXII Febr.

Vid. G. P. Harsd. Jotham. c. VI.

Nob. Clariſſime & Experientiſſime

Dn. D.

T. obſervantiſſimus

Fridericus vom Hagen.

IN-

INDEX SECTIONUM ET CAPITUM.

SECTIO I. DE TERRIS.

CAP. I. De Marga & Medulla. pag. 1
II. De Argilla. 2
III. De Terra Fullonum & Tripela. 4
IV. De Creta nigra, Rubrica & Ochra. 5

SECTIO II. DE SUCCIS CONCRETIS.

CAP. I. De Sale & Nitro. 6
II. De Alumine & Vitriolo, 7
III. De Sulphure & Bitumine. 8

SECTIO III. DE LAPIDIBUS.

CAP. I. De Saxis. 9
II. De Silice, Pyrite & lapide Lydio. 11
III. De Marmoribus. 14
IV. De Gypso & lapide speculari. 16
V. De Hæmatite & Schisto. 17
VI. De Morochto & Galactite. 18
VII. De lapide Samio simili, & Crystallo. 19
VIII. De Armatura. 20
IX. De Brontia & Ceraunia. 21

X. De

X. De Belemnite. 2
XI. De Aëtite & Oſtracite. 2
XII. De Cornu Ammonis, lapide Nova lunæ figurâ & Hephæſtite. 3
XIII. De Hieracite, Perdicite & Ophite. 3
XIV. De Ammonite & Rhombite. 3
XV. De Cochleis & Conchis lapideis. 3
XVI. De Trochite & Entrocho. 5
XVII. De Encrino & Pentacrino. 5
XVIII. De Pentagono, Hexagono & Triskadecagono. 5
XIX. De Trabibus lapideis & Ebeno Foſſili. 6
XX. De rebus petrefactis. 6
XXI. De Oſteocolla, Enoſteo & Unicorn foſſili. 6
XXII. De Calculis hominum 7

SECTIO IV. DE FONTIBUS NONNULLIS QUI PRÆTER VULGARES IN NOSTRO TRACTU REPERIUNTUR.

CAP. I. De Salinis. 7
II. De fontibus annonæ caritatem prænunciantibus. 7
III. De fontibus malè olentibus & lethiferis. 7

FINIS.

SE

SECTIO PRIMA
DE
TERRIS
CAPUT I.
De Marga & Medulla.

Marga Märgel est terra pinguis & spissa, utilis ad agrum fœcundandum. Variæ autem reperiuntur species, alia enim Terrena, alia Tophacea, alia Arenacea: qvæ rursus differunt colore, lævore, asperitate & figurâ, de qvibus *Agric.* lib. II. de nat. fossil. *In nostro Tractu*, qvâ itur versùs occasum, & *Inneram* fluvium, in radice collis *Columbina: Alfeldæ* in radice montis, qvi est, versùs ortum æstivum, *Tophacea candida: Agric.* l. c. Item *candida arenosa friabilis Kentman.* pag. 5. *Candida & lapidosa in lapidicina Galgenbergica*, qvæ exinde nomen sortita est, & vocatur nostro idiomate de Mervel-Kuhle.

Marga.

Columbina.

Candida.
Tophacea.
Arenosa.
Lapidosa.

Medulla Saxi, Medulla lapidea, Stein-Marck/est species margæ, & qvasi terræ qvidam adeps, aut veluti glandula in corporibus ibi densante se pingvedinis nucleo: & interdum ita *fluida & alba*, ut medullæ ossium ani-

Medulla

fluida

mantis non dissimilis videatur esse; sæpius est dura, qvæ pota, sangvinis per ora venarum profusionem sistit; omninoq; qvas *Samia* vires habet. Reperitur in venulis commissurisq; saxorum, tum maximè in ipsis includitur saxis *Agric*, l. c. in Lapidicina am Stein-Berge; & in *Galgenbergica*, candida *farinaria* Mehl-Erde/ farinæ enim instar subtilis est. Ibidem candida *dura*. Et in *Gaode lapide* dura, friabilis, varians colore.

farinaria

dura

CAPUT II.

De Argilla.

Argilla

ARgilla, *Terra figularis*, Thon/ Haffner oder Töpfer-Erde/ est terra tenax, qvæ in qvamvis partem ducta, non abrumpitur, neq; exsiccata dehiscit; Varia autem sunt genera; qvædam enim nobiliores sunt, & tenujùs duci possunt, qvædam minùs, secundùm qvam & vasa, qvæ ex iis fiunt, differunt: apud antiqvos nobilis fuit *Samia*, cui qvo ad substantiam similis, non longè ab *Hasda pago* ad molam frumentariam reperitur in loco abrupto *Agric*. lib. v. fossil. viliores, item vilissimæ, exqvibus lateres fiunt, passim in toto tractu nostro.

Terra Samia

Ex argilla etiam Ægyptii olim *Idola* conficiebant, & in singulare sanctitatis testimonium, Cadaveribus exenteratis & balsamo oblitis unà cum aliis rebus includebant. Tale ab Antiquario Patavii accepi glesto coeruleo incrustatum, in parte anteriore & posteriore characteribus subnigris Ægyptiacis ornatum, caput

peplo

peplo eſt cinctum, cujus Syrmata anteriora per ſcapulas ad pectus dependent, â tergo verò unum grandius & oblongum ad talos uſq; demiſſum eſt, â mento dependet barba, in utraq; manu hamum ſuſtinet, reliqva pars corporis videtur panno qvaſi involuta. In gratiam curioſorum Idoli iconem, qvoad figuram & magnitudinem, apponendam eſſe autumavi.

Idolum Isidis



CAPUT III.

De Terra Fullonum & Tripela.

Terra fullonum. TErra *fullonum* Wasch-Erde / Seiff-Erde / Füll-Erde est terra pingvis & acris, vi abstergendi prædita, utilis ad sevum è vestibus eximendum. Olim è Cimolo, unâ è cycladibus insula, Sardinia & Umbria, *Cimolia. Smectis. Sarda. Vmbra.* â qvibus nomen *Cimolia* (qvæ ob singularem abstergendi vim *Smectis* dicebatur) *Sarda*, *Umbra* habent, afferebatur, & erat in usu; hodie vero *Fuldensis*, & nostra *Hildesheimensis*, qvæ duplex, una *candida* & *Topho similis*, altera *cinerea*. *Agric.* lib. II. fossil.

Reperiuntur & aliæ terræ, asperæ, vi abstergendi præditæ, similes Terræ Meliæ & Tripelæ, de qvibus *Terra Melia.* Mart. Ruland. lex. alchem. pag. 463. *Terra Melia* (inqvit) olim ex Melo insula ferebatur, colore similis Eretriæ cinereæ, aspera tactu, crepitans derasa, pumicis modo: Vim habet aluminosam, ùt vult Dioscorides. *Terra Tripela* Hodie qvia ex Tripoli Libyæ Africæ affertur *Lapis Tripolis* dicitur. Estq; ille lapis: qvo solent vulgò abstergere barbitonsores pelves. Est autem pallidus in cinereo & flavo, abstergit & specula & omne qvod mundum ita esse debet. In Saxonia, crebris locis, præcipuè prope *Hildesheimium*, nascitur lapis, qvi respondet viribus, colore & reliqvâ naturâ omnino lapidi illi *Tripoli* & *Meliæ terræ*, Er rauschet wann man ihn anrühret / & veluti *Melia*. & *Agricol.* l. c. Paulò antè factâ mentione de *Terra Tripela* lutea dicit: reperiuntur præterea terræ, abstergendi vi præditæ, qvibus alius color insi-

det,

let, ſicut *candida* in *Hildesheimio* ad *Haſdampagum*: & bidem *rubigine infecta*. Tales autem terræ non rarò unt aſperæ.

CAPUT IV.

De Creta Nigra, Rubrica & ochra.

Creta nigra, Schwartze Kreite/ eſt terræ ſpecies, qvâ loco rubricæ fabri lignarii utuntur, non diſſimilis *Pnigitæ* à Pnigeo vico Libyæ Mareotidis appellationem trahens, modicè pingvis, rara, modò mollis, nodò dura & acris, hæc madefacta, illa ſicca & ex ſe lineas producit; reperitur in *foſſa mœniorum*, qvâ ſpectat ɛptentriones *Agricol.* l. c. *Creta nigra.* *Pnigites.*

Rubrica, Rötel/ eſt terra rubra, qvâ pictores & fabri linarii utuntur. Petebatur olim optima ex Cappaocia, *Synopis*, â Synope Ponti urbe nominata, Lemno, frica, Plinio *Cicerculum* dicta, & Balearibus inſulis: ed *Synopis* reliqvis præferebatur, qvæ & Medicis erat tilis: Nunc etiam reperitur variis in locis Germaniæ ɛ in *noſtro tractu* charadra ad aſcendentis dextram, *lebosa*, colore multùm rubro, bono ſucco, ſincero ſaore, qvod facilè deprehendit lingva; nam ad eam adiota butyri inſtar liqveſcit. *Agric.* l. c. *Rubrica.* *Synopis.* *Cicerculum*

Ochra (voce peregrina *Sil*) Ocher-Gelb / Berg-Gelb/ ſt terra lutea, pictoribus nota. Qvondam optima rat Attica, nunc effoditur in Hungaria & multis Germaniæ locis, non ſolùm inter metalla, ſed etiam in proriis venis, & ad flumen *Ocram*, unde nomen habet, & ocatur die Ocher / & in *noſtro tractu inter urbem & an-* *Ochra.*

trum â Nanis appellatum, qvæ propiùs ad glebam luteam, qvàm ochram accedit: ea ex cruſtis conſtat. Item inter *Alfeldam* & *Eimbeccam*; qvalis interdum oſtracorum ſimilitudinem refert. Et qvà itur ex *Haſdapago* ad *Oppidum Sarſtedam*, reperitur fiſtularum ſimilis. Ex plumbo nigro tam diu vi ignis uſto, donec colorem luteum acqviſiverit, fit *Ochra factitia*, qvæ pictoribus pro nativa, in uſu eſt, Germanis Bley-Gelb. Transit etiam *Ochra*, in fodinis & ad flumina, aduſta calore terræ aut Solis, in rubricam nativam, item ex *ochra* arte aduſta fit rubrica fabrilis.

Ochra factitia.

SECTIO SECUNDA
DE SVCCIS CONCRETIS
CAPUT I.
De Sale & Nitro.

Sal.

SAl Saltz Vulgò vocatur, qvo incibis utimur, eſtq; vel *naturalis*, vel *artificialis*; ille â natura gignitur, vel in terra, vel extra eam; hic fit è ſalſis fontibus, qvorum aqva diu excocta inſalem vertitur, utì qvotidie videre licet in oppido Saltzliebenhall / qvatuor milliaria â noſtra civitate *Hildesheim*. diſſito: item in altero Saltzdetfurt / qvod unum milliare ſaltem diſtat.

Nitrum,

Nitrum, qvod â Nitria oppido Ægypti, ubi primò fuit inventũ, & olim in magna copia conficiebatur, qvidam denominari putant, vocatur etiam *Salpetræ*, Salpeter/ estq; species Salis, & res ipsi cognata, nascitur interrâ sui generis, & admuros & petras, lanuginis instar solet efflorescere, ex speluncis etiam, cameris cunicuorum & cellis vinariis & cerevisiariis, stiriarum modo, dependet, ex qvibus decidens adhuc liqvidum in terram, ac ibidem, instar spumæ, concrescit, propriè *Aphronitrum* dicitur: Tales stirias brachii ferè crassitie & longitudine candidas & translucentes vidi Anno 1656. *Leodii* in magna copia, è porta S. Walpurgis dependentes. Apudnos passim admuros & parietes conspicitur; imò interdum ab ipso corroduntur. Jam maximè in usu est, qvod coqvitur ex terra pura & salsuginosa, è stabulis & ovilibus eruta. *Nitrum.* *Aphronitrum.*

CAPUT II.

De Alumine & Vitriolo.

ALumen, Alaun/ est salsugo terræ corrivatum hyeme, æstivis solibus maturatur: aliud autem *natura*, aliud *ars* facit, & qvidem utrumq; ex aqva terraq; aluminosa, vel saxo aluminoso; rarò enim reperitur purum, in primis in Germania, sicut apud nos in *fossa mœniorum*, qvâ parte ad occasum spectant, repertæ fuerunt, *paucæ glebæ, nucis juglandis magnitudine*: & qvidem candidæ, rotundæ, cavernulis refertæ *Agricol.* lib. III. de nat. fossil. item *Terra aluminosa, in qva ligna & ossa* *Alumen.*

ossa animalium orta & in lapidem mutata. id lib. VII. qvæ *terra aluminosa* non facilè imbribus diluitur. id. lib. x.

Vitriolum *Vitriolum*, chalcanthum, Atramentum sutorium Kupfer-Wasser/ est qvasi æris qvædam efflorescentia & vel *naturale*, qvod sponte â naturâ fit ex aqvâ Sory, Melantheriâ & chalcitide, vel *artificiale*, de qvibus *Agricol.* lib. III. foss. Reperitur apudnos, teste *Kentmanno* pag. 81. *Pyrites* glebosus, atramenti parens, Ein grawer Kupfer-Stein / daraus täglich / so er am Wetter liegt / häuffig Kupfer-Wasser träufft.

CAPUT III.

De Sulphure & Bitumine &c.

Sulphur. SUlphur, Schweffel/ est pingvedo qvædam terræ per temperatam decoctionem spissa facta, & indurata. Estq; duplex, *Nativum* & *factitium*. Nativum, seu fossile & vivum, qvod & Græco nomine apyron dicitur, reperitur non procul à nostro tractu satis elegans, aureum & ferè pellucidum; apud nos etiam interdum coagulati sudoris instar, in lapidum rimis consistit, sæpe foris lapidibus adhærere conspicitur, ut possit decuti, tales lapides reperiuntur *in fonte sulphurato ad Hasdam pagum* limo obducti, qvi derasus & exsiccatus sulphur est. *Agric.* lib. I. de iis qvæ effl. ex terra.

Bitumen. *Bitumen* Berg-Wachs / est succus pingvis & inflammabilis terræ. Est autem duplex, *liqvidum* & *concretum*, utriusq; aliqvot species reperiuntur in *nostro tractu* & in vicinia.

Liqvi-

Liqvidum nigrum in paluſtribus locis, circiter tertium lapidem â *Burgedorfo: in nigro rufum* effluit è fonte, qvi eſt in radice montis *Deſteri*, diſtans ab *Hannovera* circiter qvindecim millia paſſuum, verſùs meridiem, non rectà, ſed ad occaſum, qvod bitumen clariſſimæ fontis aqvæ innatat. *Agric:* l. c. in noſtro tractu prope *Obergam*. *Liqvidum.*

Concretum, cujus ſpecies eſt *ſuccinum*, qvod non ſolùm ad littus maris colligitur, ſed etiam è terra effoditur, ut in *Deſtero monte*. *Agric.* lib. IV. foſſ. *Lithanthrax*, *Carbo foſſilis*, Stein Kohl/ prope *Hemmendorfium*, in ſylva, qvæ dicitur noſtrâ lingvâ Oſterwold. *Ceſpes bituminoſus*, Torff/ prope *Hannoveram*. Terra *ampelitis*, qvòd vermes oculos vitium rodentes enecet, dicitur & *Pharmacitis*, qvòd præ cæteris terris efficacem habeat vim medendi; eſt terra nigra, exiguis piceæ carbonibus ſimilis, aſſulatim ſubſciſſilis, æqvaliter ſplendens *Agric.* l. c. reperitur in *lapidicina Galgenbergica*. *Concretum. ſuccinum. Carbo foſſilis. Torff Ampelitis Pharmacitis*

SECTIO TERTIA
DE LAPIDIBUS

CAPUT I.
De Saxis.

Saxum eſt lapis magnus, ex impuriore materiâ lapideſcente ortus, colore qvidem vario, ſed obſcuro & minùs grato, ex qvo interdum integri mon- *Saxum.*

tes & rupes constant; sunt autem multæ differentiæ saxorum.

Arenarium. *Saxum arenarium* Sand-Stein / dicitur, qvod asperum & ex arenis compositum est. Aliud autem est ex crassioribus firmiter compactis, aliud ex tenuissimis, qvod aliqvando ita molle, ut digitis teri possit. In *lapidicinis*, qvæ sunt in montibus, ante portam *Hildesh.* qvam vocant Damm Thor/ qvi dicuntur à nostris der Stein-Berg/ und der Krehla/ & passim in toto tractu.

Calcarium. *Saxum calcarium* Kalk-Stein / ex qvo violentiâ ignis calx fit. Tale candidum effoditur auff dem Knebel/ qvod varia conchylia in se continet. Non procul ab hâc lapidicina infossa in copia crescit, *Damasonium* nothum Dodon. De floribus *calceolus Mariæ.* *Helleborina* punicea seu ferruginea *Dalechamp.* Helvetii Ancken Ballen nominant *Camerar.* Hort. med. p. 54. nostrates leven Fruen Pantuffeln.

Calceolus Mariæ

Cinereum durum. *Saxum cinereum* durum, qvo viæ sternuntur, Pflaster Stein/qvod non rarò cornua Ammonis, conchas, mytulos & alia in se continet, eruitur prope *Hildesheim.* auff dem Rotz-Berge.

Tophus. *Tophus*, *Porus* Toffstein/ Tugstein/ est porosus & foraminibus plenus, unde levitate pumici ferè similis est, intra terram aliqvando ita mollis, ut serrâ secari possit, & interdum cochleæ naturales in eo reperiuntur; exscinditur prope *Alfeldam.*

Ostracites. *Ostracites* Topffstein / Scherbenstein / est species saxi crustosi, cui antrum, qvod â nanis nomen habet, incisum est, vocatur vulgò â colore rubro, de Rohe Stein/

de

de qvo *Agric.* lib. 5. de nat. foſſ. verùm (inqvit) ad cutem lævigandam, & pilos amovendos convenit *Oſtracites*, ita dictus, qvòd teſtæ ſimilis ſit; eum juniores Græci λιθόστρεον videntur nominâſſe, ut ab oſtracorum teſtis diſtingverent: veteres & *Ceramiten*, qvum teſtæ habet colorem, & *cheramiden*, maximè qvum eum cœruleæ bullæ cingunt; ex cruſtis conſtat, facileq; findi poteſt; digitis percuſſus, tanqvam olla, ſonitum edit; reperitur in vicinia *Hildesheimii*, circa antrum â nanis appellatum, colore ſubrubicundus. Eum tractum, ùt dixi, qvondam arſiſſe multa indicant. *Oſtracites* autem exſiccat & adſtringit; idcirco drachmæ pondere cum vino potus continet menſtrua; ex aqva verò illitus ſedat mammarum inflammationes, & ulcera, qvæ ſerpunt paſcendo, ſiſtit.

Ceramites.

Cheramides.

CAPUT II.

De Silice, Pyrite & Lapide Lydio.

Silex.

Silex Kieſelſtein / eſt lapidis genus duriſſimi, variiſq; coloribus, ſed obſcuris, â natura tincti; reperiuntur enim albi, rubri, flavi, virides, variegati: qvales elegantes redux Româ ad littus maris Adriatici collegi. Præter colores etiam variæ impreſſiones & figuræ, ùt Silex apud *Kircher.* tom. II. mund. ſubterr. p. 31. Cui figura Beatæ virginis cum Filio in brachiis impreſſa. &c. Multæ ſpecies reperiuntur in *Sabuleto.*

Pyrimachus weiſſer Kießling/Flußſtein/eſt ſpecies ſilicis colore albo & trans lucido, plerumq; liqvabilis; ex

Pyrimachus.

his vitrarii vitra, & qvi artem nôrunt, factitios lapides conficiunt: reperitur in *sabuleto*, vulgò de Sand Kuhle/ & ad ripas.

Pyrites. *Pyrites* Feuer Stein / est lapis, qvi chalybe percussus copiosè scintillas ignis edit; neq; hic caret lusu naturæ, reperitur enim inter urbem & arcem *Steurvvaldam* *Pyrites* conchæ figurâ, & in fossa, qvæ spectat ad septentriones, ubi etiam *uvæ* similes reperiuntur. *Agric.* lib. x. foss.

Coticula. *Coticula, Lapis lydius, Heracleus*, à locis, ubi reperiebatur, ita nominatus, Probier-Stein/ est lapis, qvo probatur aurum & argentum; Reperitur *apud nos* in rivis. *Agric.* lib. v. foss.

☞

I. *Silex subflavus, impreßionibus qvasi Solis plenus.*

II. *Silex exactè sphæricus.*

III. *Pyrites referens avem apodem capite canino.*

IV. *Silex cinereus multos alios parvos colore variantes, in se continens; Hi omnes reperti sunt in sabuleto.*

V. *Coticula; ad ripam.*

CA-


I
II
III
IV
V

CAPUT III.

De Marmoribus.

Marmor.

MArmor Marmelstein/ est lapis insigniter durus, & si poliatur ad splendorem suscipiendum aptus. Pro varietate colorum, varia sunt genera, qvæ vel uno colore prædita sunt, ùt alba, nigra, rubra &c. vel variis simul mixtis. Ex talibus marmoribus variegatis peregrinis artificiosa qvædam in nostra civitate conspiciuntur, de qvibus *Agricola* lib. VII. de nat. fossil. At aliqvot (sc. marmor, inqvit) nigris venis tanqvam rivulis qvibusdam cœruleis, lividis, candidis irrigatur. Cujusmodi *columna Hildesheimii* conspicitur in æde *Divi Michaëlis*. Et paulò pòst; at *Porphyrites*, Si ei candida puncta interveniunt, ex argumento *Leucostictos* nominatur, ex qvo est *Hildesheimii* vas ovatæ figuræ, ipsi *Hydriam Cananæam* vocant, qvod in æde *Divi Michaëlis* partim argento inaurato circundatum, dependet.

Porphyrites. Leucostictos. Hydria cananæa.

Hydria hæc Anno 1662. in renovatione Ecclesiæ, â structoribus ex incuria est fracta, ex qva particulam adhuc possideo. Et iterum: *Hildesheimii* verò in templo *sancti Spiritûs* suggestum est marmoreum, ubi *columna* qvædam colorem habet in nigricante sangvineum, & velut fluctuans acer crispum. Est adhuc alia columna in *Ecclesia cathedrali*, Armen-Sûl / vocata, constans ex marmore spadiceo, de qva vid. *Henr. Meibom.* Irminsulam.

Armen-Sûl.

Præ reliqvis autem maximè ludit natura in *marmore Florentino*, id enim colorum varietate jam civitates, jam

Florentinum Marmor.

Dendrites Hetruria.

n Milchfahler Marmel-Stein von Florentz/in welchem ein natürlicher grawer Baum.

jam turres, montes, flumina, arbores, sylvas & nubes exhibet, non aliter, ac si ingeniosi pictoris penicillo picta essent; qvalia aliqvot genera Florentiæ mihi comparavi, ex qvibus unum montes, rupes, prærupta turris, & civitatis rudera cum aliis ruinis repræsentat; in nubibus verò subcinereis *crux* ignea portenti instar apparet: alterum verò lacteum, *arborem* cineream alno similem accuratè præbet; Ob singularem elegantiam utriusq; figura adjecta est.

Crux
Arbor in marmore,

Ad *nostrum tractum* qvod attinet, ille, teste *Agricola* lib. VII. foss. marmore etiam non caret; reperitur enim in eo *marmor candidum Eboris simile*; *In cinereo candidum* effoditur ultra montem *Mauritii*, qvod confractum, lapidis judaici instar nitet. In ejusdem tractûs colle, & qvidem in ejus radice, non longè ab *Innera* fluvio, reperitur *marmor colore varium*, sed qvod semper inclinet ad cinereum, aut fuscum, ex crustis constat, ejusq; cutis, plerumq; est tuberculis plena, & rarò duabus unciis crassior est, lapidi aut sibi ipsi attritum, cornu usti virus olet, sed magis seqvens nigrum & qvod ei subest rufum. In ejusdem tractûs exteriore parte antri, â *nani* appellati, ad ingredientis sinistram invenitur *marmor nigrum*, *candidus*, sed tenuissimis venis distinctum. Ibidem etiam *rufum*, sed nigrum superiorem, rufum inferiorem locum occupat.

Marmor Hildesh.
Varium.
Nigrum.

CAPUT IV.

De Gypso & Lapide Speculari.

Gypsum.

GYpsum, Gyps/ Sparkalck/ est rescognata calci, sed non ita calida, calx enim restincta, humore aliqvo

Ein Florentiner buntfärbiger Marmelstein / mit zerfallenen Gebäuden / worüber Wolcken und in denselben ein Creutz / gleich einem Wunder Zeichen.

qvo acqvirit colorem; gypsum autem restinctum non. *Ruland*, lex. alchem. pag. 247. Ex variis lapidibus variorum colorum fit gypsum, usti verò album acqvirunt colorem. Reperitur apudnos *gypsum candidissimo eboori non dissimile*, Gyps wie ein Helffenbeyn. *Agric.* l. v. foss. *Kentman.* p. 25. *in candido cinereum*, qvod marmoris modo nitet *Agric.* l. c. *glebosum molle sacharo simile*, einem schönen Huet-Zucker gleich / *Kentm.* p. 26. qvod magis terræ speciem præ se fert, qvàm lapidis, etenim adeò friabile est, ut digitis in pulverem teri possit *Agric. Cinereum* ex multis crustis constans. *Kentm.* l. c.

Eborisimile.

in candido cinereum.

sacharo simile.

Cinereum.

Lapis specularis, *Selenites*, Glacies Mariæ, unser lieben Frauen Eys / est gypso cognatus, sicuti enim arte ex lapide speculari fit gypsum, ita interdum natura contrà ex gypso facit specularem lapidem. Effoditur qvidem apud nos, sed paucus *Agric.* lib. v. foss.

Lapis specularis.

CAPUT V.

De Hæmatite & Schisto.

HAEmatites, Blutstein / ita dictus est, vel qvòd sangvinei coloris sit, vel qvòd sangvinis fluxum sistat, vel qvòd attritus aqvariis cotibus reddat succum sangvineum. Qvi *apud nos* reperitur, ferè semper est *glebosus*, & cavernulis interdum plenus. Inter *antrum* & *charadram* natura ex *Ostracite* facit *hæmatiten*. *Agric.* l. v. fossil.

Hæmatites.

Schistus est lapis hæmatitæ cognatus, nominatur verò schistus à Gr. χίζω findo, scindo, non qvòd aut fissus

Schistus.

ſit, aut omnis facilè findi poſſit, ùt non poteſt, ſed qvod videatur qvodammodo eſſe fiſſus; mutuâ enim ſuarum partium compoſitione, qvæ ligni inſtar recta creverunt, ſimilis eſt ammoniaco ſali. Gignit hos lapides Saxonia ſcilicet in tractu *Hildesheimio*, ultra montem *Mauritii*, & qvidem in vena obliqvè dilatata. *Agric.* l. c.

Ego hîc reperi lapides cinereos ſatis ponderoſos, ſciſſiles, figurâ variantes, qvos ſchiſti ſpecies eſſe puto. Reperitur etiam inter *antrum*, qvod ex nanis nomen habet, & *charadram* alius *lapis fuſcicoloris ammoniaci ſalis inſtar ſciſſus, tubercula ſuperius habens clavorum capitibus ſimilia*: & ad *Haſdam pagum* alius huic non diſſimilis: niſi qvòd candidus ſit, & careat tuberculis *Agricol.* l. c.

CAPUT VI.

De Morochto & Galactite.

Morochtus. *Morochtus*, Milchſtein/ eſt lapis candidus & mollis ac facilè liqveſcens, utilis veſtibus dealbandis: qvia uſum calami ſcriptorii præſtat, aut lineas albas, ut creta ducit, *leucographida*, qvia candidus & mollis, *leucogæa*, ideſt terra candida, qvia ſuccum emittit lacteum *Galaxias* dicitur *Agric.* lib. v. foſſ. reperitur in *lapidicina Galgenbergica*; unà cum terra *Alfeldæ* effoditur.

Galactites. *Galactites* Germ. etiam Milchſtein/ eſt lapis Cinereus, parùm differens â *Morochto*, lacteum tamen ſuccum reddit, guſtu dulcem; eruitur è foſſa arenaria, qvi ſingulis

gulis annis ex lacteo & glutinoso succo capit incrementum, unde nonnulli magnitudine capitis pueri solent inveniri. Cum aqva vel vino lac auget. *Agric.* l. c. Infantium collo alligatus salivam facere dicitur & in ore liqvescere, memoriæ tamen nocere *Plin. Galactites niger*, cotibus attritus succum lacteum reddit; erutus exfossa arenaria *Hildesheimiana* ein schwartzer Milchstein *Kentman*, p. 25. *Niger.*

CAPUT VII.

De Lapide Samio simili & Crystallo.

SAmius *lapis*, (inqvit) *Agric.* l. v. foss; in terram Samiam reperitur inclusus, qvo sua opera poliunt aurifices. Candidum & subdurum excellere bonitate *Dioscorides* tradit: ex qvo intelligimus & alterius coloris & molles inveniri, qvibus assimiles sunt *Hildesheimii* lapides non longè ab *Hasda* pago ad molam frumentariam, in loco abrupto reperti. Nascuntur autem in venulis terræ pingvis & glutinosæ, *Samiæ*, qvod ad substantiam attinet, similis. Atq; hi qvidem sunt cinerei aut pallidi: interdum molles, interdum subduri: pleriq; omnes plani, ex crustis constant, intus nitentes, extrinsecus asperi; qvare etiam ipsi auro poliendo utiles. *Samius lapis.*

Crystallus Crystall / à glacie nomen habet, & est gemma transparens, aqvam in glaciem congelatam referens; qvare aliqvi ex glacie natam volunt, ut *Plin. Scalig.* exerc. 119. *Laurent*, *Pignorius* Epistol. Symbol. Epist. 15. *Crystallus.*

qvem tamen in eam ſententiam trahit fragmentum cryſtalli, qvod vidit, in qvo guttula aqvæ, qvæ gemmæ penetralia obſidebat, ſemper ſaliebat, utcunq; vertebatur, unde aqvam & glaciem ſic induratam, & firmitatem eam accepiſſe putat. Vidit etiam pilos, feſtucas, muſcum virentem, Cryſtallino lapidi incluſos.

Naſcuntur autem *Cryſtalli* ut plurimum hexagonâ, qvandoq; pentagonâ figurâ, imò globoſâ & rotundâ, qvi vulgaribus duriores ſunt & pro Pſeudo adamante habentur *VVorm.* inmuſ. pag. 99. Talis informis ante paucos annos erutus in agro *VVincenburgenſi*, & ad Illuſtriſſ. & Sereniſſ. Electorem Colonienſem miſſus, qvi ſuum gemmarum ſcalptorem, in certam aliqvam figuram ſcindi juſſit, qvem Rever. Dn. Johannes Verberus Sereniſſ. Electoris Diaconus Anno 1666. mihi monſtravit, qvi cum Adamante Bohemico certabat; magnitudo autem & figura hæc eſt.

Cryſtallus Hildesh.



CAPUT VIII.

De Armatura.

Armatura.

ARmatura Ein Harniſch / ferri politi aut æris ſimilitudinem gerit, at neutrum metallum non modò non

non eſt, ſed ne tantillum qvidem illius ex eo poteſt confici: Verùm eſt veluti naturæ rudimentum, ea metalla facere diſcentis; lapis verò, qvi tandem fuerit hâc armaturâ indutus, *Hoplites* Græcè dici poteſt. Armari autem ſolent varii lapides, ut belemnites, Cornu Ammonis, lapis novæ lunæ figurâ, conchites &c. Et in foſſa mœniorum, qvà ſpectat ſeptentriones, lapides armaturâ ſic ornati, ut auro conſperſi videri poſſint, *Agric.* lib v. foſſ. *Hoplites.*

CAPUT IX.

De Brontia & Ceraunia.

B*Rontia, Ombria, Lapis bufonum major,* groſſer Kröten Stein / eſt lapis ferè dimidiati globi figurâ, rarò oblongâ, colore modò fuſco, modò cinereo, modò ſubviridi &c. Interdum ovi magnitudine: ſed ſæpius minor: aliqvibus ſunt bini circuli, qvaſi qvidam moduli, â qvorum ſuperiori qvinæ lineæ eminentes æqvalibus inter ſe ſpatiis diviſæ, procedunt ad inferiorem, qvarum ſingulæ utrinq; ſtriam habent: totidem rurſus lineæ eminentes à ſuperiori circulo per media ſpatia deſcendunt ad ſtrias proximas. Inter eas autem ſemper ſunt humilia ſpatia qvadrata. Aliqvi verò tantummodo habent has poſtremas qvinas lineas deſcendentes, cum multis tranſverſis, & ſpatiis non admodum longis. Reliqva autem media ſpatia tota eminent, carentq; & lineis & ſtriis: nonnulli eodem modo ſe habent, niſi qvòd linearum loco habeant ſtrias, & qvòd ſpatia tranſverſa enimeant, *Agric.* l. v. foſſ. *Brontia. Ombria. Lapis bufonum major.*

foss. Ego duos hîc appono in *tractu nostro* repertos, vid. fig. I. & II.

I. *Est ex materiâ siliceâ, ex parte candidus, ex parte subfuscus, in apice modulum rosæ figuræ habens, à qvo qvinq; lineæ duplicatæ, qvæ ex parvis striis transversis constant, descendunt usq; in centrum planæ superficiei.*

II. *Est major semidiaphanus, colore fusco, constat ex materia pyritæ, in apice modulus cavus exstat, à qvo lineæ ut in priori procedunt. In utroq; media spatia eminent.*

Ceraunia. *Ceraunia, Ceraunius lapis*, Donnerstein/ Donner Keil/ ex eo nomen invenit, qvòd cum fulmine è nubibus decidere ferè omnium sit opinio: licèt autem multi hoc negent, reperiuntur tamen Viri fide digni, qvi observationibus suis hoc satìs luculenter affirmant, inter qvos *Kentmannus*, qvi qvatuor *Ceraunias* habuit, qvarum *prima* Anno 1544. *Viennæ* in domum per cellam Vinariam impetu fulminis duodecim ulnas in terram adacta: fuit autem nigra, magna, ponderosa, formâ cunei, in parte latiore perforata. Longitudine digitorum novem, latitudine qvatuor, pondo trium & dimidii; *hnic pondere, figurâ & magnitudine, ùt ovũ ovo, similis est,*

I

II

I. II.
Brontia.

III



III.
Ceraunia.

est, qvæ exstat inter cæterararia in musæo meo. *Secunda* Anno 1560. *Torgæ* per molam, qvæ â ventis agitatur, magnâ vi trajecta. *Tertia* prope *Jleburgum*, tribus à Torga miliaribus ingentem qvercum divisit. *Qvarta* in pago *Siptio* agri Torgani in arborem vi fulminis immissa. Ceraunia autem varias figuras refert, ùt Pyramidis, mallei, securis, clavæ &c. Aliqvando sunt perforatæ, ut suprà illæ qvatuor fuerunt, aliqvando non: Colore etiam variat; est enim nigra, obscura, cinerea, lapidi serpentino similis, qvalis etiam apud me est. *In nostro tractu* ante aliqvot annos ad ripam fuit inventa nigra, qvæ constat ex materia silicis, & qvidem illius, qvi lapidis lydii vices supplere possit. vid. fig. III.

CAPUT X.

De Belemnite.

Belemnites. *Dactylus Idæus.*

B*Elemnites* à voce Græca τὸ βέλος sagitta, jaculum, *Dactylus Idæus*, qvòd in monte Ida reperiatur & digitum repræsentet, Germ. Alpschoß/Alpstein/figurâ est sagittæ ex ampla radice in aciem tenuissimam vel obtusam desinens. Ferè omnibus â natura inest qvædam qvasi rima, qvâ fit, ut facilius in longitudinem diffindantur. Saxones vocabulo ex Ephialte & sagitta composito nominant, potumq; contra ejusmodi suppressiones & noctis ludibria, valere dicunt, ac fascinationibus succurrere; qvando pellucet *Lyncurium* Germ. Luchsstein nominant, & ex urina Lyncis fieri falsò

Lyncurius.

existimant, hic paleas aliasq; res minutas, ùt succum, allicit, niger *coracias* aut *corvinus* lapis Raben- *Coracias.*
vocatur. Varii in *nostro tractu* reperiuntur tam
ore, odore, qvàm magnitudine: item nonnulli ar-
urâ sunt vestiti, alii vacui; alii rursus gravidi, qvi
terram, vel arenam, vel alium lapidem inse conti-
it, alii non; hi *mares*, illi *fœmellæ* â nostris lapidariis
ellantur, de qvibus ita *Agric.* lib. v. fossil. *Belemnites*
qvit) aut est cinereus aut candidans, aut in rubro
er, qvi omnes inveniuntur *Hildesheimi*; ustus vel
didus fit, vel in candido cinereus. Uterq; reperi-
inter *urbem* & arcem *Mariæ burgum* in marmore an-
, qvod à nanis appellant, ad sinistram; nam locum
m qvondam arsisse alia mulla, præter hujus lapidis
rem indicant; qvin aureâ armaturâ non modò be-
nitem in fossa mœniorum generatum ortu, sed
; radicem convestit intrinsecus, qvæ armatura sine
e mirificè nitet, atq; imaginem instar speculi reddit.
emnitæ autem si confricentur, ex eis qvidam olent
nu bovis limatum, aut ustum, ut in marmoris ejus-
n odoris commissuris nati: aliqvi sine odore sunt,
reliqvi. Diversa verò ipsis est magnitudo. Cùm
m maximis esse soleat digiti longitudo & crassitu-
, ut in fossa mœniorum repertis, qvà spectat ad se-
ntriones, interdum sesqvipedis longitudo, brachii
ssitudo.

Centmannus pag. 34. Septem species habet, ex qvi-
s qvatuor priores & septima sive ultima ex nostro
ctu sunt, & ita ab eo describuntur: 1. *Belemnites ma-*

est, qvæ exstat inter cætera rariora in musæo meo. Se
Anno 1560. *Torgæ* per molam, qvæ â ventis agit
magnâ vi trajecta. *Tertia* prope *Jleburgum*, tril
Torga miliaribus ingentem qvercum divisit. Q
ta in pago *Siptio* agri Torgani in arborem vi fulm
immissa. Ceraunia autem varias figuras refert, ù
ramidis, mallei, securis, clavæ &c. Aliqvando
perforatæ, ut suprà illæ qvatuor fuerunt, aliqva
non: Colore etiam variat; est enim nigra, obscur
nerea, lapidi serpentino similis, qvalis etiam apu
est. *In nostro tractu* ante aliqvot annos ad ripam
inventa nigra, qvæ constat ex materia silicis, &
dem illius, qvi lapidis lydii vices supplere possit.
fig. III.

CAPUT X.

De Belemnite.

Belemnites. *Dactylus Idæus.*

B*Elemnites* à voce Græca τὸ βέλος sagitta, jacu
Dactylus Idæus, qvòd in monte Ida reperiatur
gitum repræsentet, Germ. Alpschoß/Alpstein/fi
est sagittæ ex ampla radice in aciem tenuissimar
obtusam desinens. Ferè omnibus â natura
qvædam qvasi rima, qvâ fit, ut facilius in longit
nem diffindantur. Saxones vocabulo ex Ephia
sagitta composito nominant, potumq; contra eju
di suppressiones & noctis ludibria, valere dicunt, a
Lyncurius. cinationibus succurrere; qvando pellucet *Lyncu*
Germ. Luchsstein nominant, & ex urina Lyncis

falsò existimant, hic paleas aliasq; res minutas, ùt succinum, allicit, niger *coracias* aut *corvinus* lapis Rabenstein vocatur. Varii in *nostro tractu* reperiuntur tam colore, odore, qvàm magnitudine: item nonnulli armaturâ sunt vestiti, alii vacui; alii rursus gravidi, qvi vel terram, vel arenam, vel alium lapidem inse continent, alii non; hi *mares*, illi *fœmellæ* â nostris lapidariis appellantur, de qvibus ita *Agric.* lib. v. fossil. *Belemnites* (inqvit) aut est cinereus aut candidans, aut in rubro niger, qvi omnes inveniuntur *Hildesheimi*; ustus vel candidus fit, vel in candido cinereus. Uterq; reperitur inter *urbem* & arcem *Mariæ burgum* in marmore antri, qvod à nanis appellant, ad sinistram; nam locum illum qvondam arsisse alia mulla, præter hujus lapidis odorem indicant; qvin aureâ armaturâ non modò belemnitem in fossa mœniorum generatum ortu, sed ejus radicem convestit intrinsecus, qvæ armatura sine arte mirificè nitet, atq; imaginem instar speculi reddit. Belemnitæ autem si confricentur, ex eis qvidam olent cornu bovis limatum, aut ustum, ut in marmoris ejusdem odoris commissuris nati: aliqvi sine odore sunt, ut reliqvi. Diversa verò ipsis est magnitudo. Cùm enim maximis esse soleat digiti longitudo & crassitudo, ut in fossa mœniorum repertis, qvà spectat ad septentriones, interdum sesqvipedis longitudo, brachii crassitudo. Coracias.

Kentmannus pag. 34. Septem species habet, ex qvibus qvatuor priores & septima sive ultima ex nostro tractu sunt, & ita ab eo describuntur: 1. *Belemnites magnus*

gnus cinerei coloris, fricatus, olet cornu bovis ustum, & terram in se continet candidam, ein grosser grauer Alpschoß / so man ihn reibet / stincket er alß gebrant Horn. 2. *Parvus* ejusdem coloris, terram subcineream in se continens. 3. *Magnus*, arenam in se continens, qvi non olet, qvando fricatur. 4. *Parvus*, qvi terram candidam in se continet, sed non olet. 7. *Candidus*, qvasi ustus esset, continet in se lapidem nigrum & durum: est optimi coloris, nec multum differt ab odore albi succini, gebrauter Alpschoß / der wol reucht wenn man ihn reibet / ist in der Erden verbrant.

Ego autem seqventes partim in sabuleto, partim verò prope antrum, qvòd â nanis nomen habet, reperi, qvos secundum figuram & magnitudinem appono.

I. *Belemnites magnus cinereus, plenus, crustâ subcandidâ tectus, cum striis, qvæ â centro usq; ad extremitatem tendunt; figura ferè est cylindri parùm compressi, fricatus olet cornu ustum.*

II. *Subcinereus ex ampla radice striata in tenuem aciem desinens.*

III. *Ex nigro cinereus, cum radice rotunda, non striata.*

IV. *Parvus, niger & ferè pellucidus, absq; rima.*

V. *Fra-*

I
IV
II
III
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
XIII

V. *Fragmentum candidi qvasi usti.*

VI. *Magnus ex nigro cinereus, paßim crustâ tect°, terram luteam in se continens.*

VII. *Cinereus totus pervius, ut stylus poßit transmitti.*

Ein Alpstein/so durch und durch holl.

VIII. *Cinereus semi concavus, carie plenus, nihil in se continens.*

IX. *Cinereus formâ cylindri, alium lapidem splendentem, qvi ex eadem materia constat, in se continens.*

X. *Parvus ex nigro cinereus, terram luteam in se continens.*

XI. *Cinereus semiconcavus, nihil in se continens, in longitudinem diffissus, cum striis transversis.*

XII. *Cinereus fortiter compressus, terram candidam & duram in se continens.*

Ein breiter Alpstein.

XIII. *Lapis cinereus, continens belemnitas duos minimos & nigros & fragmentum mediocris, qvod lapidem ex rufo cinereum in se continet.*

CAPUT XI.

De Aëtite & Ostracite.

Aëtites, Adler-Stein/ est lapis variarum specierum, alius enim alium & unicum lapidem *callimum* dictum in se continet, qvi interdum solutus intus jacet, & conqvassatus sonat, unde Germ. Klapperstein vocant, *Schvvencfeld-aëtiten marem*; hic rarò apud nos reperitur, nostro enim plerumq; adhæret, qvare non sonat, & interdum ochrâ infectus est; alius plures lapillos perexiguos ochrâ tinctos: alius terram seu argillam colore variantem, qvem vocant *Gæodem*, *Schvvencf. aëtiten fœminam* Erd-Stein / & nihil aliud est, qvàm aëtites immaturus. *Kircher*. mund. subt. tom. 2. pag. 79. alius terram simul & lapillos. Hi rursus variant figurâ, colore, superficie, magnitudine & consistentiâ. Figurâ alii sunt rotundi, oblongi, triangulares; alii separatas habent cavitates: Colore alii sunt lutei &c. Alii terram vel luteam, vel cineream, vel subpurpuream in alveo habent; superficie alii sunt glabri, alii verò ex arena crassiore sunt scabri. Magnitudine sunt parvi, mediocres, magni, ita ut capitis magnitudinem adæqvent; Consistentiâ alii duri, alii molles & friabiles, qvi interdum calore solis dissipantur. Ferè omnes reperiuntur inter *urbem* & arcem *Steurevvaldt* in *sabuleto*, in qvo etiam seqventes reperti.

Aëtites.
Callimus.
Gæodes.

1. *Aëti-*

I. *Aëtites silicem pellucidum candidũ & terram luteam in se continens.*

II. *In superficie cerebro similis.*

III. *Callimus apud nos in aëtite repertus colore & lævore lapidi bezoardico similis.*

IIII. *Cordis figurâ cum terra lutea.*

V. *Duas separatas habens cavitates.*

VI. *Terram cineream in se continens, ex qva pilosella enata. Anno 1667. d. 19. Junij.*

VII. *Terram cineream in se continet, ad latus verò habet elegantem impreßionem matricis cochlitis striati & tuberculosi.*

VIII. *Parvus, cui inest terra lutea, cum cavitate exactè refert calceum ligneum VVestphalicum, qvem* Holschen *(qvasi* Holt Schau*) vocant.*

IX. *Fuscus, mitram Polonicam referens.*

I

II

III

IIII

V

VI

VII

VIII

IX

Ostracites. *Ostracites* cum aëtite affinitatem habet, est autem lapis crustosus & scissilis; testâ superiori ablatâ, alius continetur lapis in plures scissilis, intercedente semper crustâ, non laminâ, ita ut plures lapides aëtitæ uno lapide contineri videantur. *Boot* pag. 393. differt ùt aëtites: *quem ego hîc apposui, planè aëtitæ similis est, nisi quòd ex quatuor crustis constet, & in medio terram luteam habeat.*

Ostracites aëtitæ species.

CA-

CAPUT XII.

De Cornu Ammonis, Lapide novæ lunæ figurâ & Hephæstite.

Ammonis Cornu.

C*ornu Ammonis* Zieher Horn / Scher Horn / est lapis (*Plinius* p. m. 743. inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas refert & prædivina somnia repræsentare promittitur) Saxeæ duritiei, qvi effigiem cornu arietini aut bovini in se revoluti repræsentat. Est aliàs *Ammon* Epitheton jovis, qvi specie arietis colebatur, unde etiam *Alexander Magnus* qvòd Jovis filius credi vellet, cornua arietina assumpsit *Thom. Barthol.* de unicor. p. 26. Præter Alexand. M. etiam alii Potentissimi Reges, ut superbiam & potentiam suam indicarent, in monetis suis, sibi talia cornua addi curârunt, ut Rex Hunnorum & Italiæ hostis *Attila*, qvi se flagellum Dei nuncupavit: Item *Lysimachus*, qvi in nummo meo æneo, mihi Romæ comparato, & tanqvam haud vulgari hîc delineato, Cornu læve ponè aurem reflexum habet.

Alexand. M.

Attila.

Lysimachi nummus.

Variæ autem differentiæ *Cornuum Ammonis*, qvoad magnitudinem & figuram reperiuntur; sunt enim lævia, tuberculosa, nodosa, qvæ qvasi Juncturis cohærent, nonnulla etiam armaturâ sunt vestita, nonnulla eâ carent; seqventia hactenus â me reperta sunt.

I. *Cornu Ammonis Cinereum & læve.*

II. *Lapis cinereus, continens cornu Ammonis tuberculosum.*

III. *Fragmentum cinerei, qvod articulatim distinctum est, & qvasi juncturis cohæret.*

IV. *Aliud rugis per transversum ornatum, constans ex materia lapidis aëtitæ fulvi, cujus etiam est coloris, pars interior cava & striata est, qvæ excipit in revolutione dorsum, & est qvasi matrix ejus.*

Lapis novæ lunæ.

Lapis novæ lunæ, â lunæ crescentis & corniculatæ forma, qvam repræsentat, vocatur; de qvo ita *Agric.* lib. v. fossil. in toto (inqvit) *Hildesheimio* tractu, qvi longissimi collis speciem præ se ferens à *Mariæburgo* arce per inferiorem urbis partem, pertinet ad *Hasdam* pagum, invenitur lapis *novæ lunæ* speciem habens curvatæ in cornua,

I

II

III



IV

nua, aurei coloris armaturâ vestitus, modò parvus: mediocriter autem durus, & interdum striatus. Sed eundem aliqvando ferrei coloris armatura tegit: aut adamanti similis. Etenim ubi in terra aluminosa reperitur, aut atramentosa, aureo colore splendet: ubi in alterius generis terra, ferro aut simili. Nam alumen & atramentum sutorium permutant ferrum in orichalci colorem, qvi assimilis auro. Ibidem effoditur lapis ejusdem figuræ, sed omni vacuus armaturâ & cinerei coloris: qvi est *Tephrites* apud *Plinium*.

Tephrites.

Hephæstites.

Hephæstites in Coryco natus, speculi naturam habet in reddendis imaginibus, qvanqvam rutilus. Nomen ex eo invenit, qvòd in solem additus, aridam materiam accendat, non aliter ac speculum concavum, sulphurata, stramina, sarmenta. Id genus lapides in rubro nigri coloris reperiuntur *Hildesheimii* in *fossa mœniorum*, qvà spectat septentriones. In modum verò patinæ excavati sunt, & aureâ armaturâ rutilant: qvare & reddunt imaginem, & ob solis radios obversi aridam materiam accendunt. *Agric.* l. c.

CAPUT XIII.

De Hieracite, Perdicite & Ophite.

Hieracites.

Hieracites, Habicht Stein/ alternat totus milvinis nigricans veluti plumis, estq; similis specie & colore accipitrum mollioribus pennis, qvæ ipsis sunt in pectore. Reperitur *in nostro tractu*, qva itur versùs occasum à mœniorum fossa, in colle ultra flu-

men

men & citra. Hieraciten dextro femori alligatum sistere dicunt sangvinem per ora venarum profusum. *Agric.* lib. v. fossil.

Perdicites, Rebhuenstein/est lapis, qvi exprimit striis & colore perdicum pennas, qvas item habent in pectore. *idem.* *Perdicites.*

Ophites, Schlangenstein/est lapis crustaceus, accedens ad formam serpentis, qvia sqvammas habet, ut serpens; sordet omnino, tanqvam cornu. *Ruland.* lex. Alchem. pag 355. *Ophites.*

CAPUT XIV.

De Ammonite & Rhombite,

A*Mmonites* seu *Hammites*, Rögen Stein/ ex arenis ita componitur, ut ovis piscium, qvod ad figuram attinet, similis videatur esse: nitro interdum, qvod ad substantiam & colorem. Id genus lapides inveniuntur in Saxonibus, ad *Alfeldam* & *Hildesheimium*, nucis juglandis magnitudine, aliqvando etiam majores. *Agric.* l. c. *Ammonites. Hammites.*

Ego satis grandem colore subpurpurascente, qvi ova salmonis refert, inveni in sabuleto, ut in figura apparet.

Rhombites magnitudine castaneæ vel nucis juglandis candidus, undiq; plenus sqvamis parvis eminentibus, utrinq; obliqvis: unde rhombi speciem gerunt, *Rhombites.*



Ammoni
tes.

qvæ lapidi nomen dedit. Qvin alterius generis *Rhombites* reperitur *in Galgebergo*. Is longus esse solet digitos sex, latus duos, crassus unum, ipsi figura est Cylindri parùm compressi, sed striæ, tam in ferioris, qvàm superioris partis ita se intersecant, ut plures in earum medio fiant eminentiæ, qvibus omnibus item rhombi est figura. *Agric*, l. c.

CAPUT XV.

De Cochleis & Conchis Lapideis.

Conchas & *cochleas* marinas non solùm tractu temporis in lapidem mutari, sed etiam in terræ gremio naturâ ita gigni, apud nos non sine admiratione conspici potest: aliqvæ enim reperiuntur, qvæ adhuc terreæ & friabiles sunt, aliqvæ spiritu lapidescente imprægnatæ & paulò duriores, aliqvæ verò totæ lapideæ. De harum genesi ita *Agric*. lib. IV. de ortu & causis subterraneorum. Cochleas verò (inqvit) in saxis repertas calor conclusus ex materia pingvi & lenta efficere videtur: & ex eadem gignere musculos, murices, conchylia. Sed terra qvantò est crassior, qvàm mare, tantò ea magis imperfecta gignuntur. & lib. V. de nat. foss. dicit: redeo ad eos, qvos multos in uno loco, vel in pluribus eadem natura gignit: qvales sunt, qvi nascuntur in terra glutinosa, qvæ est in venis, venulis, commissuris saxorum, testis aqvatilium similes. Sed qvantò terra est crassior qvàm aqva, tantò imperfectiores gignit formas, & qvæ animantibus careant,

reant, qvod genus lapides reperiuntur in Germania, in *Hildesheimio* Saxoniæ tractu, & in saxum inclusi in multis regionibus.

Strombites. *Strombites*, Schneckenstein similis est cochleæ aqvatili: ex amplo enim in tenue, turbinis instar, deficit, in spiram â dextra tortus. Is interdum est brevis, interdum longus dodrantem, (hic â *Kentmanno* pag. 33. vocatur germ. Ein hoher und erhabner Schnecken-Stein/ ille ein zusammen getruckter Schnecken-Stein) intus candidus, extrinsecus terræ, in qva nascitur, colorem assumit. Reperitur in *Galgenbergi* Lapidicinis, & in nova urbis parte, cùm fodiuntur cellæ, in qvibus vinum cerevisiavè recondi solet. Item *Alfeldæ* inter speculam & oppidum petenti Embeccam. *Agric.* l. c.

Ctenites. *Ctenites*, Kamstein / steinern Jacobs Muscheln/ striatus est, omninoq; pectinis effigiem repræsentat. Color ipsi plerumq; cinereus. In lapidicinis ultra montem *S. Mauritii* id. *Ctenites Hildesheim.* oris ceti figurâ, est apud *Gesner.* pag. 165.

Myites. *Myites*, Muschelstein / qvia striatus non est, musculi speciem præ se fert. is duplex, oblongus & pectinis modo rotundus. Hic colore cinereus reperitur *in lapidicinis*, tractûs jam dicti: ille modò subfuscus, modò subflavus, effoditur ex *fossa* mœnium, qvà ad septentriones spectat. *Agric.* l. c.

Onychites. *Onychites* ungvibus odoratis, qvos Græci nominant Onychas, ferè similis, tam colore qvàm figurâ, in *lapidicinis.* id.

Ostracis lapis. *Ostracis lapis*, Ostren-Stein/ ex ostreis, qvibus similis est,

est, nomen invenit. Duplex est, major, qvi lapidis specularis modo fissilis, effoditur etiam ex *fossa* urbis: qvà, ut dixi, ad septentriones spectat. Minor, non longè ab *Hannoverâ* propè Lindam pagum. *Agr.* l. c. Major reperitur etiam in lapidicina *Galgenbergi*, nec à veris ostreis differt.

Porphyroides, Purpur-Schnecken-Stein/ Purpuræ instar aculeis clavatus, & colore cinereus, invenitur in *fossa* urbis, sed ut purpura turbinatus non est. *Ibidem* alius reperitur, huic non multum dissimilis, veruntamen caret aculeis: strias verò habet tranversas. id. *Porphyroides.*

Conchites, qvi in curvis liris, ad scapulas redeuntibus, & aurei coloris armaturâ decoratur, longus esse solet palmos duos, latus palmum. id. *Conchites.*

Ego varia testacea lapidea passim reperi, ex qvibus rariores saltem apponi curavi.

I. *Conchites cinereus striatus.* Eine halbe graue steinerne Muschel mit Strichen.

II. *Alius ejusdem coloris & figuræ paulò minor.*

III. *Myites cinereus oblongus* ein halber langer Muschel-Stein.

IV. *Conchites rotundus subflavus minimus & lævis.* Ein klein gelber gantzer glatter Muschel-Stein.

V. *Alius ejusdem coloris paulò major.*

VI. *Myites rotundus, cinereus, lævis, alium in sinu suo fovens,* zwey halbe runde Muschel-Steine ineinander.

VII. *Lapis subcinereus, cum conchite rotundo, qui partim exstat, partim in eo latet,* ein grauer Stein / darinn ein gantze runde Muschel.

VIII. *Conchites cinereus & lævis, cum medulla lapidea, quæ pro lubitu potest eximi, & iterum imponi.* (a) *est cochlites cum medulla* (b) *absq; medulla* (c) *est ipsa medulla lapidea.*

IX. *Conchites fuscus, striatus & tenuis testæ, fractus terram nigram in se continet, hic à veris conchis parùm differt.*

X. *Ostracites cinereus & lævis,* ein halber glatter Ostrenstein.

XI. *Myites Rhomboïdes subflavus, musculo striato* Rondelet: *similis.* Ein gantzer langer Muschel-Stein mit Strichen.

XII. *Con-*

I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
a
b
c
IX
X
XI
XII
XIII
XIV
XV

XII. *Conchites rotundus & lævis*, ein runder gantzer glatter Muschel-Stein.

XIII. *Conchites longus & lævis subflavus* ein gantzer langer glatter Muschel-Stein.

XIV. *Alius minor ejusdem coloris & figuræ.*

XV. *Ctenites parvus cinereus, tenuis testæ, non multum differens à vero pectine* ein klein steinern Jacobs Muschel.

XVI

XVI. *Conchites magnus, subflavus, rugatus, per transversum enim strias à latere ad latus habet*, eine gantze runtzlichte runde steinern Muschel.

Lapis

Lapis Megaricus.

Lapis Cinereus, qvi totus ex conchis rotundis striatis & lævibus constat; item Ammonis cornu nodosum in eo conspicitur; Vocatur â Jonston. notit. reg. miner. Lapis Megaricus, *qvia similes lapides olim* Megaræ *fuerunt effossi, ex qvibus, ut autor est* Pausanias, *fuit monumentum* Phoronei, *& multa opera in urbe Megarensium* Agric. lib. VII. foss. *vid. fig. pag. 45.*

I. *Strombites cinereus, longus, constans ex materia lapidis satis duri, qvo via sternuntur,* ein lang grau steinern Schneckenhauß.

II. *Alius parvus ejusdem coloris.*

III. *Fulvus ex materia lapidis calcarii non satis duri.*

IV. *Flavus satis durus, ex materia lapidis calcarii,* ein gelbhaffter langer Schneckenstein / als wenn er doppelt umgewunden wäre.

V. *Ex*


I

II

III

IV

V


VI

X

VII

IIX

IX

XI

XII

XIII

V. *Ex rubro flavescente lævis & elegans, non aliter ac si à tornatore factus esset.*

VI. *Ab illo sub fig. IV. magnitudine saltem differt.*

VII. *Etiam constat ex materia lapidis calcarii.*

IIX. *Strombites brevis* (cochlites) *est lapis subflavus, cochleæ terrestri similis, constans ex materia calcaria satìs dura.* Ein Stein/den rechten Schneckenhäusern gleich.

IX. *Cochlites fuscus non ita durus.*

X. *Cochlites parvus ejusdem coloris.*

XI. Tubulites, *est lapis tubulum vermium exactè referens.* Ein Wurmstein.

XII. *Conchites fuscus, longus & lævis cum vermium* tubulis, ein steinern lange Muschel/ mit steinern Würmen.

XIII. *Cochlites fuscus, cum vermium* tubulis, ein steinern Schneckenhauß/ mit steinern Würmen.

Lapis

I
II
G

Lapis fuscus per medium in duas partes diffissus cujus altera pars I. *exhibet cochleam eleganter striatam & exstantem, altera verò* II. *matricem ejus, cui in conjunctione cochlea instar formæ includitur.* Repertus in sabuleto. Ein brauner Stein/ in der mitte voneinander gespalten/ in welches einem Theil sitzet eine schöne krause Schnecke/ im andern derselben Form/ kan voneinander/ und wieder zusammen geleget werden. vid. fig. pag. 49.

Massa lapidea fusci coloris, in qva passim matrices & cochleæ striatæ, qvarum partes partim in ea latent, partim verò exstant, satìs eleganter conspiciuntur, adeò ut peritissimi sculptoris manu meliùs non possit exsculpi. (a) *sunt matrices,* (b) *verò cochleæ.* ibid.

CA-

a
b
a
b
b
a
a
a
a
a

CAPUT XVI.

De Trochite & Entrocho.

Trochites. TRochites Spangen-Räder-Zwerg oder Mühlstein cum lapide judaico (*inqvit Agric.* l. c.) cognationem habet, à rota appellatus. Etenim cùm ei natura dederit tympani figuram: ejus pars rotunda lævis est, utraq; verò lata, habet qvendam qvasi modulum, â qvo undiq; radii ad extimam orbis partem, qvæ ipsis loco est canthorum, procedunt ita eminentes, ut striæ fiant. Multum variat qvantitate, sed minimus adeò parvus est, ut maximus decuplo major fit. Maximus verò est latus digitum transversum: crassus tertiam ejusdem partem, aut amplius. Differt colore: nam aut cinereus est, aut nigricat, aut luteus est. Sed is magis propter contagionem terræ talis esse solet. Intus enim cæteris candidior. Omnis fractus, lapidis judaici instar lævis est, & nitet. Frangitur autem similiter ut ille, in longum, latum, obliqvum: in acetum impositus, ut *astroites* bullas agit: atq; etiam reperitur interdum, qvi se tanqvam *astroites* moveat de loco.

Astroites.

Entrochus. At ex trochitis nondum separatis constat *Entrochus*, Spangenstein aneinander. Modò ex ternis, modò ex qvaternis, nunc verò ex pluribus. Viceni enim sic inveniuntur conjuncti. Ejus duæ sunt species: aut enim æqvaliter teres est: aut teres qvidem, sed pars ejus media tumet, utrumq; caput angustius est. Cujus

jus autem trochitæ radii ſunt eminentes, in eo, qvâ parte duo committuntur, ſemper ineſſe cingulum retortum videtur: at cujus humiles, carent cingulo, totiq; læves ſunt. *Trochitæ* verò ſic conjunguntur, ut unius radii ingrediantur in alterius ſtrias. Entrochi qvidem tumidi trochitæ, plerunq; humiles admodum habent radios. Qvin ſæpe numero lapis informis reperitur unà cum *Trochite* & *Entrocho*, rotæ inſe continens figuram, qvæ in eo qvaſi qvædam radix, trochitis jam abruptis, remanſit. Hos autem lapides gignit *Saxonia* ad *Hildesheimium*, ultra montem *Mauritii*, in commiſſuris marmoris in cinereo candidi, & in terra glutinoſa: eadem inter *Alfeldam* & *Eimbeccam*. Trochites calculum frangit difficultati urinæ prodeſt.

In magna copia â me reperti ſunt, exqvibus rariores hîc pono.

I. *1 Trochites minimus ſubflavus. 2 Ejuſdem coloris major. 3 Cinereus rotæ figurâ. 4 Parte mediâ tumeſcente. 5 Roſæ figurâ. 6 Candidus & magnus radiis eminentibus. 7 Magnitudine priori ſimilis, ſed duplo craſſior. 8 Minimus columnæ figurâ* Ferrante Imperato *apud* worm. *muſ.* p. 70. *columnetta. 9 Craſſitudine & longitudine à priori differt:* for-

ſan hic eſt *lapis* ille *Judaicus minor*, qvi in forma cylindro ſimilis, cujus mentio fit apud *Ruland.* Lex. Alchem. p. *283.* Er ſtehet wie ein klein Mühlſtein. 10 *Sunt figurâ penis abſq; præputio.*

II. 1 *Entrochus parvus ex duobus trochitis conſtans.* 2 *Trochites ad latus altero junctus.* 3 *Formâ mediocris eſt.* 4 *Nigricans, cujus partes mediæ concavæ, capita verò tument.*

III. 1 *Entrochus, ex ternis trochitis, carens cingulo retorto.* 2. 3 *Magnitudine differunt â priori.*

IV. 1 *Conſtat ex qvaternis.* 2 *Paulò major, ex qvibus primus non habet tympani figuram, ſed ex ampla radice in aciem abit.* 3 *Ex maximis ſubcandidis.*

V. 1 *Exqvinis trochitis, qvorum primus caret cingulo retorto.* 2 & 3 *Magnitudine ſaltem differunt.*

VI. 1 *Ex-*

II
1
2
3
4
III
1
2
3
IV
1
2
3
V
1
2
3
VI
1
2
VII
VIII
IX
X
XI
XII

VI. 1 *Ex senis candidis, qvorum pars media tumet.* 2 *Cinereus, qvorum primus habet punctum eminens.*

VII. *Ex 8, ex qvibus supremus fractus, radix verò curva.*

VIII. *Ex 8 candidis partim crassis, partim aliis alternatim ita conjunctis.*

IX. *Ex 5 constat; verùm superiores duo inæqualiter alteris superinsident.*

X. *Lapis cinereus cum ctenite, cui adnatus trochites candidus, striatus.*

XI. *Conchites lævis, cinereus, rotundus, qvi in medio habet circulum cum puncto, & est radix trochitæ abrupti.*

XII. *Lapis cinereus varios trochitas & entrochos in se continens.*

CA-

CAPUT XVII.

De Encrino & Pentacrino.

ENcrinos Lilienstein/liliorum effigiem repræsentat, ut entrochus divisus rotarum. Cùm enim angulata pars una ab altera separatur, utraq; qvina lilia ostendit. Nam alterius eminentiæ ingrediuntur in alterius strias. Qvælibet verò talis pars qvinos habet angulos, latera totidem, utrinq; qvina lilia, unde *Pentacrinos* Græcè potest dici, Qvemadmodum verò entrochus constat ex multis interdum trochitis, sic encrinos ex multis pentacrinis. Agnascitur autem lapidibus in rubro nigri coloris, ipse ruffus. Sed ejus pentacrinis fractis, est lapidis judaici color, lævor, splendor. Qvare obtinet eandem vim medendi *Agric. l. c.*

Encrinos.

Pentacrinos.

Ego ad Encrinum refero lapidem, qvi ex multis aliis parvis & angulatis lapidibus constat, cujus eminentiæ non aliter in alterius strias inseruntur, qvàm cutis, inprimis in parte anteriore, circa gallinarum crura, uti in figura apparet, ubi bini cinerei separati, & alii subcandidi eleganter in massam coagulati: materia est lapidis judaici.



CAPUT XVIII.

De Pentagono, Hexagono & Tris-Kadecagono.

Pentagonos. Hexagonos.

P*Entagonos lapis*, fünffeckigter Stein/à qvinq; angulis, qvos habet, appellatur: similiter *Hexagonos*, cui sex sunt anguli. Uterq; verò est candidus, plerumq; latus sesunciam, planus, sed in medio habens alveolum, cujus margo, ut in tabula lusoria, undiq; est altior. At in medio alveolo est punctum, â qvo radii ad extimam partem, sicut in trochitis, procedunt, reperitur è regione montis, in qvo situm est templum, qvod *Divo Mauritio* sacrârunt, in lapidicinis marmorum *Agric.* l. c. *Kentman*, pag. 36. habet candidum *Tris Kadecagonum*

Tris Kadecagonos.

Pentagonos maiori

Minor.

num, idest, tredecim angulorum, & qvidem *Hildesheimium*, einen weissen Stein von dreizehen Ecken.

Ego duos lapides, qvi continent pentagonos, *Anno 1667. reperi, qvorum* primus *est lapis rudis, qvi ad latus* pentagonum *habet coloris cinerei, alveolus verò constat ex lapide trochite subcandido laviter striato, qvem ambit primùm margo angusta pentagona, hanc rursus alia latior & altior, per qvinq; radios in totidem partes distincta: materia est lapidis trochitæ.*

Secundus *est lapis, cui in medio adnatus* pentagonus *ejusdem figuræ & substantiæ cum priori, nisi qvòd minor sit, color verò subcandidus; non procul ab hoc lapide etiam trochitæ conspiciuntur.* vid. fig. pag. 59.

CAPUT XIX.

De Trabibus Lapideis & Ebeno Fossili.

Trabes lapideæ.

TRabes *lapideæ* sunt lapides trabibus ligneis, qvoad figuram, similes, de qvibus *Agric.* l. VII. foffil. è regione (inqvit) *arcis Mariæburgi* collis est plenus lapide-

pideis trabibus, qvarum capita interdum eminent. Sunt verò perlongæ, acervatim positæ, inq; medio earum terra est, colore nigra: ferro aut altero lapide percussæ, non aliter ac marmor *Hildesheimium*, de qvo suprà dixi, cornu usti virus olent: omninoq; ex eadem materia sunt. Qvare cùm natura lapides arborum similes procreet, diligenter videndum est, an corticem & medullam aliaq; habeant. Qvæ si absunt, non stipites in lapides conversi sunt, sed natura fecit lapides stipitum similimos, qvales sunt *trabes* istæ *Hildesheimiæ*.

Ebenum fossile, Erdstöcklein/ similiter ibidem de eo in hunc modum scribitur: *Hildesheimii* intra terram aluminosam, est lignum in lapidem mutatum, & in ejus commissuris reperitur *Ebenum fossile*, qvod etiam sparsum, in aliorum lapidum cavernis, tanqvam in alvo, latere, Theophrastus non ignoravit. Stirps est nigra, foliis & fructu carens, cornu politi modo splendida, solida, sed lævis, omninoq; aspectu similis *Gagati* lapidi, sed naturâ admodum diversâ. Nam *Ebenum* ignem non sentit, *Gagates* accensus ardet, & igni perit.

Ebenum fossile.

Gagates.

CAPUT XX.

De Rebus Petrefactis.

Succus lapidescens (inqvit *Agric.* l. VII. foss.) tam is, qvi extra terram est cum aqva permistus, qvàm qvi intra terram latet, res omnes, qvibus foramina sunt ejus capacia, vertit in lapides. Harum rerum converarum varia apud varios autores exstant exempla; nar-

Succus lapidescens.

rat enim *Albertus Magnus*, suo tempore juxta *Lubecensem civitatem* repertum fuisse *nidum* unà *cumpullis* arboris ramo innexum & in lapidem mutatum. *Sceleton humanum* in saxum conversum habet *Kircher*. mund. subterr. tom. II. pag. 49. *foetum* in utero petrificatum *Barthol*, centur. II. histor. 100. *Mußiponti* anno 1659. infantem lapidescentem in abdomine extra uterum repertum *Strauß*. & *Deusing* de foetu Mussipontano. &c. Ipsemet teneo frustulum gammari caudæ, vertebras piscis, vermem Melitensem, acinum & alia ita petrificata.

Nidus cum pullis in lapidem mutatus.

Scel. humanum.

foetus petrificatus.

foetus Mußipontanus.

In *nostro tractu* habemus aqvam cum succo lapidescente permistam, qvæ qvando materiam terrestrem & subtilem secum vehit, fit ex illa lapis candidus & intus splendens, qvi vocatur *stalactites*, sive *stillatitius lapis*, Germ. Walstein/ Tropfstein: varias autem figuras obtinet; cùm enim aqva ex alto decidit, paulatim in saxeas stirias convertitur, qvales in magna copia conspiciuntur in mirabili *Specu Bumanni*, vulgò Baumans-Höle/ in qvem anno 1666. unà cum famulo meo & homine cunicularia irrepsi, ubi in prima concameratione â natura elaborata non procul ab ingressu, & nî fallor, ad dextram inveni fontem (aliàs aqvâ limpidissimâ plenum, qvam contra calculum vesicæ commendant) propter totius æstatis torridam tempestatem totum exarefactum, qvare non potui hujus aqvæ portionem mecum efferre, & probare, an vitro excepta & reposita sine foeculenta materia vel sedimentis semper maneret eadem, nec integro anno corrumperetur, sicuti *Ecstormius* scribit in Epistola ad Brendelium; pòst rupem illam

Specus Bumanni.

illam acutam, qvam das Roß vocant, qvasi eqvitans superscendi, & per angustissimum foramen in aliam cryptam cum fune me immisi, in qva duas columnas ex lapide stillatitio crassitie hominis vidi, qvæ tamen, absq; dubio ex malitia erant prostratæ: Ossa integra non inveni, sed fragmenta in terra calcinata. De Satanæ illusionibus, qvæ aliàs in hoc antro grassari dicuntur, nihil vidi neq; audivi.

Huic similis, vel mirabilior est Spelunca ad *Amber-gam*, de qva seqventia refert *Gottfridus* in seiner historischen Chroniken pag. 796. auß Sebast. Franck Keysers Chroniken fol. 295. 296. Im Jahr 1535 haben sich auff den Abend Petri Pauli 25 Bürger und Bürgers Söhne / entweder auß Vorwitz Abenthewer zuerforschen und etwas wunderliches zu sehen / oder etwa aus Begierde einen Schatz zu finden / zusahmen verbunden / in einen holen ungeheuren Berg / drey Meile von Amberg / einem Gebürg / bey einem Dorff Prederwind genant / gelegen / zu gehen: zu welchem Ende sie zween Haubtmänner unter ihnen auffgeworffen / und denselben geschwohren / ihren Geheiß zu folgen / und bey ihnen zu leben und zu sterben. Auff welches sie nach einer Schnur (damit sie unverhindert den richtigen Weg wieder herauß treffen können) mit Leytern / Lichtern / Piekeln / auff etliche Tage Essen und Trincken in 900 Klafftern tieff hinnein gangen / und viel seltzame Sachen gesehen / als Palläste / Bildwercken / Plätze / rauschende fliessende Wasser / quellende Brunnen und dergleichen / doch alles finster und lichtloß / imgleichen sehr viel ungeheure grosse Riesen Gebein / viel todte verwehsene Cörper unsäglicher grösse / deren sie zum Wahrzeichen etliche herauß ge-

Spelunca ad Amberg.

gebracht. Sie haben viel Irrgänge und Schlupffl̃ocher gefunden / daß sie etwa alle nacheinander/ wie die Schlangen durchkriechen müssen / bald sind sie auff so weite Plätze kommen/ daß sie alle 25 neben einander gehen können. Unter andern haben sie Palläste mit selbst gewachsenen Seulen und Bildern gefunden/ nicht anders als ob es in den Berg gehauen wäre. Einer unter ihnen/ so sich vor dem hinein gehen am aller keckesten gestellet/ ist hernach der Allerforchsambste/ und von den andern flüchtig worden / und halb todt wieder heraus kommen. Ein ander/ so viel geweihete Kräuter/ Wachs und andere Sachen/ den Teuffel vom Leibe zu halten mit sich getragen/ ist im Berge mit einem Steine geworffen worden/ darüber er sich hart verblutet/ und nahend umb ein Auge kommen. Sie haben eine Gestalt eines Weibes gesehen/ so solchẽ Wurff gethan. Als sie nun bey 8 Stunden lang im Berge gewesen/ und nicht weiter kommen können/ sind sie wieder umbgekehret/ und gantz erblichen/ verstellet/ und scheulichen Ansehens/ halb todt wieder auß dem Berge kommen: aber nicht viel Gold und Silber/ darzu ihnen vielleicht die Hoffnung gemacht/ mit sich getragen.

Sed ad nostrum tractum. In eo ante paucos annos in lapidicina *Galgenbergica* stalactites stiriarum modo è saxis dependebat. Qvando verò in commissuris lateribus agglutinatur, ut plurimum inæqvaliter protuberat & formam *fluoribus* similem acqvirit, sicuti in eadem lapidicina colore ex albo flavescente; in lapidicina calcaria verò, auff dem Knebel/ candidissimi sunt & ut fluores splendent. Prope *Alfeldam* verò in pago Langen Holtensen est aqva, qvæ materiam crassiorem secum ducit,

stalactites similis fluoribus.

ducit, qvare in lapidem cinereum *topho* similem vertitur, & rotas molendini et alia crustâ lapideâ circumtegit. Apud nos etiam, teste *Agric.* l. c. in terra aluminosa inventum est *lignum qvernum* in lapidem conversum: & *ossa animalium* in eadem terra aluminosa orta & in lapidem mutata. *Ego non nisi fragmenta hactenus reperi, qvæ tamen apponi curavi.* vid. fig.

topho.

lignum qvernum.

ossa animalium.

A Est medulla ossis porosa in lapidem conversa.

B Est lapis cinereus & durus, cui fragmentum ossis (a) *firmiter insertum.*

C Frustulum tuberculosum de cortice cornu cervi, spiritu lapidescente impregnatum.

D Vertebra, cujus lateri particula lapidis cinerei & duri firmiter adhæret.

A
B
C
D

CAPUT XXI.

De Osteocolla, Enosteo & Unicornu Fossili.

Osteocolla, *ossifragus*, Bruchstein/ Beinbruch/ Beinwell/ est lapis figuram ossis exhibens, qvandoq; in se medullam habens friabilem lingvæ adhærentem, & facilè in liqvore solubilem, qvandoq; verò nullam. Crescit per arenam formâ interdum coralli, crassitie brachii. Cùm primùm è terra erumpit, friabilis est, paulatim magìs indurescit. Margæ qvædam species esse videtur, qvæ in talem figuram per terram discurrens concrescat. Reperitur prope *Alfeldam*. *Osteocolla.*

Enosteos Knochenstein/ est species osteocollæ: tales, reperiuntur in lapidicina *Galgenbergica*; sunt autem solidi, non concavi & variarum figurarum, colore cinereo & ex fusco flavescente. *Enosteos.*

Unicornu fossile, *Eburfossile*, *Ceratites*, gegraben Einhorn/ est lapis colore & lævore cornu referens, interdum etiam formâ: sæpius tam crassum ac magnum reperitur, ut â nullo unqvam animali produci potuerit. Substantia lapidea semper, & vel dura, vel mollis est, exterius ut plurimum dura, intrinsecus plerumq; mollis, alba, lævis, friabilis, compacta, absq; poris, adstringens, exsiccans, lingvæ firmiter adhærens, odore grato; cortex exterior interdum flavescit, cinereus, albus vel subniger est. *Boot* de gemm. & lapid. pag 425. qvi etiam in *nostro tractu* reperiri scribit. *Vnicornu fossile.*

Ab eodem materia & modus generationis his verbis expri- *materia & modus generationis.*

exprimitur; materiam proximam generationis horum cornuum margam vel margæ ſpeciem exiſtimo. Qvæ dum lapideſcente, & ſubterraneâ aqvâ fluente irrigatur, vel ſolvitur, lactis inſtar fluit per terræ cavitates; in qvib⁹ ſi à terra adſtante aqvæ ſeroſior pars abſorbetur, aut imbibitur, vel præterfluit, tum craſſior pars cavitates implendo ſiſtitur, & abſumpto humore omni coaleſcit, lapidiſq; formam & cornuum præ ſe fert, aut margæ tantùm, ſi aqva exiguam vim lapidificandi habuerit. Hæc cauſa eſt, qvòd interdum hujuſmodi fruſta craſſa, interdum exigua, & tenuia conſpiciantur. Verùm ſi lacteus hic humor non in cavitatem, ſed in lignum aliqvod jam vetuſtate arefactum incidat, illiuſq; corpus jam leve, & poroſum ſubeat, tandemq; vel exhalatâ aqvæ tenuioris portione craſſior remaneat, tandem coagulata lignum tranſmutat, ejuſq; partes ſibi aſſimilat, ita tamen, ut ſpecies ligni noſci, & interdum odor deprehendi poſſit. Qvod ligno contingit, id etiam cornibus cervinis, dentiq; elephantis, aliiſq; qvadrupedum partibus, ſi in hujuſmodi loca decidant, contingere poteſt.

Huc pertinent etiam oſſa illa gigantea, balenarum, urſorum, & aliorum animantium, qvæ in terra â natura producuntur & paſſim ſub titulo unicornu eruuntur, ſicuti ante paucos annos prope arcem Schatzfeld *cranium ingens hominis* repertum, & prope *Qvedlinburgum* ferè integrum *ſceleton animalis* ingentis.

Ipſe varios dentes teneo naturalibus ſimiles, ex qvibus unus *dentem molarem Giganteum* repræſentat.

Balenæ

Balenæ vertebra.

Tempore Illustriss. Ducis Brunsv. & Lu-
neb. Georgii prope urbem nostram in for-
eqvino, qvod vulgò dicitur die Steingrub
vertebra Balenæ *crassitie hominis robusti*
pondo 21 fuit eruta, qvam in musæo me-
servo. vid. fig.

CAPUT XXII.

De Calculis Hominum.

NOn solùm macro-sed & Microcosmo inesse suc
cum lapidescentem, ex qvo in omnibus human
corporis membris producantur lapides, præte
multa autorum exempla, etiam apud nos testatur expe
rientia.

Calculus per alvum dejectus.

Hoc elapso enim anno 1668 d. 7 Maji Generosa Ma
trona, Sophia â Lutzovv, è nobili familia de Wober
snovv, per alvũ dejecit lapidẽ ovi colũbini magnitu
dine pond. unc. & drach. Extrinsec⁹ parùm scaber, cir
ca mediũ subcandid⁹, cacumina verò maculis subpur
purascentibus erant consperſa, fractus, ut *Belemnites*, ra
dios candidos & splendentes habebat. vid. fig. 1.

Cerasi ossiculum cortice lapideo obductum in gena.

Anno 1666, circa festum D. Jacobi, fæmina qvin
qvagenaria in oppido *Sarsteda* coepit conqveri de do
lore capitis, qvem secutus est tumor cum inflammati
one in dextra gena, qvi tamen indies auctus, usq; dum
Anno seqventi 1667 mense februario â chirurgiæ qvo-
dam

m studioso in ore fuit apertus, qvo facto effluxit pus
ngvine mixtus, seqventi verò die, nî fallor, ex-
icta fuit materia dura, lapidosa, cinerea & tubercu-
sa, qvæ paucos post dies ad me delata; Ego verò
m propter levitatem dubius essem de materia calcu-
dissecui & inveni, qvòd esset *Cerasi ossiculum cortice la-
eo & tuberculoso obductum*, uti in *figura* V. videre licet;
o viso admirari satis non potui, qvamvis simile e-
nplum ex *Barthol.* histor. 85 centur. 4 mihi esset no-
n; ut autem aliqvid certi experirer de causa hujus
rabilis lapidis, ipsam fœminam ad me venire jussi,
nqvisivi, num forsan in juventute in platea lapsu
nus accepisset, qvod se nescire ajebat. Cùm enim
opinione sim, qvòd forte fortuna ibi jacuisset ossi-
um cerasi, & per vulnus in genam transiisset, qvo
tea sanato per aliqvot annos ibi latitâsset, & tractu
poris cortice lapideo obductum fuisset, magis me
firmat, qvòd possint tales res (licèt sit rarum) absq;
puratione, inflammatione & gangræna non solùm
aliqvot menses, sed etiam annos in corpore nostro
manere. Narrat enim *Kircher.* mund. subter. tom.
ag. 344 ex *Leone Allatio* de homine Hispano, qvi au-
nali tempore ex arbore intra spineta lapsus, multo
pore malè sentiebat, potissimum verò dolorem se
ire ajebat inter costas, & qvemadmodum lustranti,
um tumoris aut livoris vestigium apparebat, ita
q; malum tantopere non curavit: accidit tamen,
erno tempore malum crescens aliqvod tuber o-
deret, & inter paucas hebdomadas ita crescceret, ut

plan'a ex costis in-jusdamnata.

cum

cum tumore qvoq; nescio qvid ramosum, & tandem *plantæ perfectæ* rudimentum excerneret, tanto incrementum, ut æstivo tempore qvotannis forfice luxuriantem propaginem tondere necesse fuerit: tentatum fuit sæpius, qvà scarificationibus, qvà incisionibus radicem plantæ extirpare, sed frustra; radices enim non tantùm per costas, sed & per coxam ipsam usq; in femur diffuderat, donec tandem radice musculis tendinibusq; implicatâ mortem homini intulerit. Ipse teneo spinam dimidii digiti ferè longitudine, qvæ per tres menses absq; inflammatione & dolore cuidam rustico anno 1656 in musculũ dextri pollicis fuit insita, postea vero â Patre meo est extracta.

Lapis ex naso. Anno 1666 in Autumno cujusdam agricolæ filiæ puella 10 annorum, accepit tumorem parvum & durum in sinistra parte nasi, qvem cancrum esse putabant; cùm autem Pater meus aliter judicaret, & absque periculo posse aperi, factum id, & *lapillus* parvus extractus fuit. vid. fig. III.

Calculus ex gena. Anno 1665 d. 24 Februar. Reverend. Dn. Henricus Engelbertus Lüttringhausen Ecclesiæ S. Crucis Canonicus accepit tumorem in sinistra gena, qvi cùm adhibitis remediis mollesceret, Pater meus in ore eum aperuit, & multum pus cum fœtore effluxit, cùm verò comprimeret, exiliit *lapis* ex candido ad flavedinem tendens pond. drach. s. vid. fig. II.

Calculus vesicæ. Vulgares qvidem sunt renum & vesicæ calculi, ad miratione tamen dignum, qvod Anno 1645 d. 6 Jul. circa noctem Filius Stren. & Nobil. Dn. Theodor

Mey

Meyer, hujus civitatis ſupremi militum præfecti, annos circiter 13 natus *calculum* oblongum phaſeoli ferè magnitudine pond. ſcrup. ſ. cum acerbiſſimis doloribus per canalem emiſit. vid. fig. IV.

Hîc lubet etiam referre hiſtoriam lapillorum, qvi faſcinatione ex ſiniſtro oculo fuerunt producti. Anno 1661 Puella Margareta, anno ætatis 13, Conradi Brandis piſtoris filia in pago Banteln / cum magno dolore tumorem accepit in parte ſiniſtra temporum, ex qvo poſtea, & qvidem ex oculi angulo provenerunt lapilli aliqvot vulgares, qvo facto ceſſit tumor, donec rurſus alii lapilli, vel etiâ priores, niſi in pyxide probè ſervati fuerant, præſtigiis fuerunt immiſſi, qvod interdum aliqvoties in die fuit factum, & ſpatio, nîfallor, trium hebdomadum plures qvàm ducenti incantatione magicâ ita fuerunt producti. Qvatuor, qvos à puella ipſe accepi ſub fig. VI. infra appoſui. Tandem ope P. P. Capucinorum, ut dicitur, fuit ſanata. *Lapilli magici.*

Veteres contra faſcinationes infantum, inprimis qvæ vetularum aſpectu, contactu & verbis fiebant, ridicula & turpicula adhibuerunt *amuleta*, de qvibus *Tomaſinus* de donariis ac tabellis votivis pag. 85. Tanta verò (inqvit) puerorum apud veteres cura erat, ut, (qvod notat *Plutarchus*) ad avertendam aciem malignam, ac faſcini plenam, iis turpicula res qvædam in collo ſuſpenderetur, teſte *Varrone* de ling. lat. lib. VI. qvam formâ genitalium virilium fuiſſe ſatis oſtendit *Priapus aneus* uncinulo in ejuſmodi uſum paratus, qvem in Muſæo Illuſtr. viri D. Caſparis Thuillerii, nu- *Amuleta contra faſcinationes.* *Priapus aneus.*

per Christianissimi Regis Galliarum ad Sereniss. Remp. Venetam Legati videre licuit. Fascinum enim vocabatur pudendum virile, qvod depelleret fascinum, cujus averruncus erat Fascinus Deus &c. Et *Roderic. â Castro* Medic. Politic. lib. IV. cap. I. de fascinat. pag. m. 207 ait: si bene precamur iis, qvos cum laude & admiratione intuemur: aut si qvid turpiculum pueri gestent, in qvod visus fascinantis intendatur, & vim amittat: ita solent officula qvædam pueris appendi, & ex gagate manuum digitis duobus cum pollice sic insertis, ut exprimant illam figuram, qvam Hispani vocant *Higa*, aut ex *Isatide*, vel *nilo*, tantillum affricant; aut si summo manè surgenti qvis digitos prædicto modo intendat, &c. *Talem manum ex nitidissimo ebore Romæ ab antiqvario accepi, cujus iconem apposui, vid. infrà* fig. ✡

I. *Lapis per alvum dejectus.*

II. *Lapis ex sinistra gena.*

III. *Lapillus ex sinistra parte nasi.*

IV. *Calculus unà cum urina excretus.*

V. *Lapis Cinereus* (a) *tuberculis plenus è dextra gena fœminæ, fractus* (c d) *ossiculum cerasi* (b) *in se continebat.*

VI. *Lapilli magici.*

✡ *Fascinationis antiqvum amuletum.*

SE-

I

II

III

IV

a
b
V
c
d

VI

*

SECTIO QVARTA DE FONTIBUS NONNULLIS, QVI PRÆTER VULGARES IN NOSTRO TRACTU REPERIUNTUR.

CAPUT I.

DE SALINIS.

Salinæ.

S*Alinæ* ſunt fontes, ex qvibus aqva jam ſale imbuta extrahitur, ac poſtea coctione in ſalem vertitur; Qvomodo autem fontibus *ſal* accidat, hac ratione fieri putat *Kircher:* in mund. ſubterr. tom. I. pag. 301. Ubicunq; (dicit) ſunt aut montes ſalini, aut glebæ ſalſugine refertæ, fit ut plurimum, ut rivi ſubterranei hujusmodi glebas tranſeuntes, ſalſugine imbuantur, qvi poſtea in fontem erumpentes, fontem ſalinum efficiunt; horum tres in noſtro tractu ſunt: unus in oppido Saltzliebenhall/ ſecundus in Saltzdetfurt/ tertius inter urbem noſtram & arcem Poppenburg/ qvi tamen jam eſt inveteratus.

CAPUT II.

DE FONTIBVS ANNONÆ CARITATEM PRÆNVNCIANTIBVS.

FOntes reperiuntur non nulli, qvi interdum aqvâ ſunt pleni, ita ut exundent, interdũ verò toti exareſcunt,

ſcunt, unde qvando fluunt annonæ caritatem, qvando verò fluere ceſſant, ubertatem prænunciant. Talis ab omni ævo celebris fuit, qvi non procul eſt â monte *Galgenbergico*, & vocatur der Ohrſchlump / item alius prope pagum Himmelsthür / qvem vocant den Hungerbrunnen. Qvomodo autem hoc fiat *Kircher*. in mund. ſubterr. tom. 1. pag. 289. has rationes affert, qvando dicit: imaginare tibi ſub terra puteum, intra qvem per occultas rimas, aut per hydrophylacium qvoddam aqva paulatim, qvibuſdam temporibus plus, non nullis minus ſe ſe inſinuet, certis verò temporibus etiam ultra conſtitutos terminos exuberet, qvod tamen non fit, niſi humidiſſimâ certorum annorum conſtitutione: tunc enim per puteum aqva paulatim aſcendens ſucceſſivè multiplicatarum aqvarum impulſu exundabit, qvod uti conſeqventer fit, in tota aliqva Regione, dum humiditate partim pluviarum, partim ſubterranearum cavernarum exuberantia, terra intus tota humectata, fons verò ſtagnantibus aqvis oppletus, hydropicam qvandam & malignantis naturæ conſtitutionem acqvirit, qva ſementis herbarumq; vigor ſuffocatus in putredinem abit; ita qvoq; ſterilitatem rerumq; penuriam ſeqvi neceſſe eſt; cujus ſignum eſt fontis exundatio fluxuſq;. Iterum ſi qvandoqve anni ſucceſſerint inſigni ariditate & ſiccitate pollentes, tunc aqva partim à ſolis ſiderumq; æſtu attracta, partim in aſcenſu ſuo internâ ariditate conſumpta fontem non permittit fluere, qvod fit, qvando aqva intra intimos putei receſſus, terminum non exceſſerit; tunc

Ohrſchlump. Hungerbrunnen.

idem fieri in campis, censendum est, qvod in puteo, humore toto, terræ siccitate consumpto; unde ipsa veluti phthisi qvadã infestata, sementes, herbæ, segetes humore destitutæ deficient, sterilitate seqvente; cujus signum est, aqvæ intra puteum recessus. Tam excessus itaq;, qvam defectus aqvæ, sterilitatem annonæq; caritatem ex dictis rationibus inducunt. Si verò temperata fuerit annorum constitutio, tum qvoq; puteus iste mediocritatem qvandam unà cum campis sectabitur, qvam ubertas conseqvetur, & segetes, prata, plantarumq; germina benigno & proportionato nutrimento vegetatæ, uberi rerum proventu luxuriabunt, & tanto qvidem majori, qvanto aqvæ mediocritatis puncto propiùs accesserint. Atq; hanc causam esse dico, cur nonuulli fontes sterilitatem fluxu suo & exuberantiâ indicent; ubertatem verò, si à fluxu destiterint, non illo qvidem extremo, sed qvi mediocritatem qvandam humore suo attingat. Hactenus Kircher.

CAPUT III.

DE FONTIBVS MALE OLENTIBVS ET LETHIFERIS.

IN *Hildesheimio* (inqvit) *Agric.* lib. 1 de natur. eorum, qvæ effluunt ex terra, *duo* sunt *fontes malè olentes:* qvorum *alter* ad arcem *Steurevvaldam* effluit ex mar-

more,

more, olente putidi ovi virus; gustu svavis, nec insa-
ubris, sed si qvis jejunus eum biberit, ructus cit mar-
moris triti odorem exhalantes. *Alter* fons in *Hildes-*
heimio Sulphuratus (Schweffel-Brunn) à jam dicto
best ad mille pass. juxta *Hasdam pagum*, qvi odorem
œdum emittit; qvalis est pulveris bombardæ extin-
ti. Odor ille ei, qvi longè abest à loco, indicat fon-
em. Saporem etiam habet odori non dissimilem.
Aqva istius fontis lapides in alveolo rivuli jacentes li-
no obducit; qvi derasus & exsiccatus sulphur est. Et
lib. III dicit; ab hinc duo & viginti annos in *Hildes-*
heimio ad *Hasdam pagum* fons cùm erumperet, totam vi-
nitatem sulphuris fœtore complevit.

Schweffel-Brunn bey der Haser Mühlen.

Sunt etiam *fontes*, qvorum aqvæ venenosâ & lethi-
erâ materiâ mixtæ sunt, ita ut etiã vaporib⁹ suis ratio-
e materiæ, tum animalibus, tum hominibus mortem
ferant, (qvod vulgus aspectu *Basilisci* fieri credit) vid.
rcher. Mund. subterr. tom. I. pag. 280 *Sachs.* Ampelo-
raph. pag. 167. *Fehr.* de Schorzoner. pag. 161.

Anno 1661 d. 25. Septembr. etiam apud nos triste ha-
uimus exemplum; cùm enim Dn. Frid. Ludovicus
andis, Patricius apud nos primarius & Senator, in
dibus suis auf der Osterstrassen / fontem renovari cu-
ret, & post exhaustam aqvam, operarii etiam prolu-
em exhaurire vellent, qvatuor eorum ab exhalatio-
bus noxiis sunt interfecti.

Æmulatur hos vapores cerevisia recens, & inpri-
is nostra ex tritico & hordeo, qvam *Breuhanam* à pri-
o ejus coctore Hannoverano vocant, cujus vapores

in

in fermentatione aliqvoties ante aliqvot annos in cellis cerevisiariis apud nos homines suffocavit. Sed nolo in his esse longior, qvin potiùs relicto fonte mortis, me converto ad fontem vitæ JESUM CHRISTUM, Cui sit Gloria & Laus.

FINIS.

INDEX
ORYKTOGRAPHIÆ HILDESHEIMENSIS.

A.

Aëtites. 29.
Alexand. M. 33.
Alumen. 7.
Ammonis cornu. 33.
Ammonites. 37.
Ampelitis terra. 9.
Amuleta contra fascinationes. 73.
Aphronitrum. 7.
Arboris effigies in marmore. 16.
Argilla. 2.
Armatura. 20.
Armensül. 14.
Astroites. 52.
Atramentum sutorium. 8.
Attila. 33.

B.

Balenæ vertebra. 69.
Belemnites. 24.
Bitumen. 8.
liqvidum. 9.
concretum. ibid.
Brontia. 21.
Bufonum lapis major. ibid.
Bumanni specus. 62.

C.

Calceolus Mariæ. 10.
Calculus per alvum dejectus. 70.
ex naso. 72.
ex sinistra gena. ibid.
vesicæ. ibid.
Callimus. 29.
Carbo fossilis. 9.
Ceramites. 11.
Cerasi ossiculum cortice lapideo obductum è dextra gena. 70.
Ceratites. 67.
Ceraunia. 22.
Cespes bituminosus. 9.
Chalcanthum. 8.
Cheramides. 11.
Cicerculum. 5.
Cimolia. 4.
Cochlites. 48.
Conchites. 40.
Coracias. 25.
Cornu Ammonis. 33.
Corvinus lapis. 25.
Coticula. 12.

Creta nigra. 5.
Crux in marmore. 16.
Crystallus. 19.
Hildesh. 20.
Ctenites. 40.

D.

Dactylus Idæus. 24.
Dendrites. 15.

E.

Ebenum fossile. 61.
Ebur fossile. 67.
Encrinos. 57.
Enosteos. 67.
Entrochus. 52.

F.

Fascinationum amuleta. 73.
Fons Sulphuratus. 79.
Fontes annonæ caritatem prænunciantes. 76.
malè olentes. 78.
lethiferi. 79.

G.

Gæodes. 29.
Gagates. 61.
Galactites. 18.
niger. 19.
Galaxias. 19.
Glacies Mariæ. 17.
Gypsum. 16.

H.

Hæmatites. 17.
Hammites. 37.
Hephæstites. 36.
Heracleus lapis. 12.
Hexagonos lapis. 58.
Hieracites. 36.
Hominum calculi. 70.
Hoplites. 21.
Hungerbrunn. 77.
Hydria Cananæa. 14.

I.

Idolum Isidis. 8.
Irminsula. 14.

L.

Lapis Hexagonos. 58.
Lydius. 12.
Lyncurius. 24.
Megaricus. 45.
novæ Lunæ figura. 34.
Pentacrinos. 57.
pentagonos. 58.
Samius. 19.
specularis. 17.
stillatitius. 62.
Triskædecagonos. 58.
Lapilli magici. 73.

Leuco-

Leucogæa. 18.
Leucographida. ibid.
Leucostictos. 14.
Lignum in lapidem mutatum. 65.
Lithanthrax. 9.
Lyncurius lapis. 24.
Lysimachi R. nummus. 33.

M.

Marga. 1.
Marmor. 14.
Florentinum. ibid.
Hildesheim. 16.
Medulla saxi. 1.
Morochtus. 18.
Mytes. 40.

N.

Nidus cum pullis in lapidem mutatus. 62.
Nitrum. 7.

O.

Ochra. 5.
factitia. 6.
Ombria. 21.
Onychites. 40.
Ophites. 37.
Ohrschlump. 77.
Ossa in lapidem mutata. 65.
Osteocolla. 67.
Ostracis lapis. 48.
Ostracites testæ similis. 10.
aëtitæ species. 32.
conchæ species. 42.

P.

Pentacrinos lapis. 57.
Pentagonos lapis. 58.
Perdicites. 37.
Pharmacitis terra. 9.
Planta ex costis cujusdam nata. 71.
Pnigites terra. 5.
Porphyrites. 14.
Porphyroïdes. 41.
Porus. 10.
Priapus æneus. 73.
Pyrimachus. 11.
Pyrites. 12.
atramenti parens. 8.

R.

Rhombites. 27.
Rubrica. 5.

S.

Sal. 6.
Salpetræ. 7.
Salinæ. 76.
Samia terra. 2.
Samius lapis. 19.
Sarda. 4.

Saxum. 9.
arenarium. 10.
calcarium. ibid.
cinereum, quo viæ sternuntur. ibid.
Sceleton humanum petrificatum. 62.
Schistus. 17.
Schweffelbrunn. 79.
Selenites. 17.
Silex. 11.
Specus Bumanni. 62.
ad Ambergam. 63.
Stalactites. 62.
similis fluoribus. 64.
topho. 65
Strombites. 40.
brevis. 48.
Succinum. 9.
Succus lapidescens. 61.
Sulphur. 8.
Synopus. 5.

T.

Tephrites. 36.
Terra abstergendi vi prædita. 4.
aluminosa. 7.
ampelitis. 9.
figularis. 2.
fullonum. 4.
Melia. ibid.
pharmacitis. 9.
pnigites. 5.
Samia. 2.
Tripela. 4.
Tophus. 10.
Torff. 9.
Trabes lapideæ. 60.
Triskædecagonos lapis. 58.
Trochites. 52.
Tubulites. 48.

V.

Vitriolum. 9.
Umbra. 4.
Unicornu fossile. 67.

FINIS.